

nat, quia probabilis est ponere minora miracula, quam plura, & maiora, quia non videtur posse salvari damnatos cruciari simul summo calore, & summo frigore realia actione propter impossibilitatem formarum frigiditatis, & caloris in summo, at species intentionales contrariorum non sunt ita impossibiles, subiungit postea art. 4. licet non necesse negari debere istam actionem realem, quia inquit quaecunque arguuntur in 3. artic. si adhibeantur miraculo, non possunt improbari, quibus verbis concedit posse damnatos simul pati miraculose frigus, & calorem in summo, nec in 3. art. id negat, quia hoc iudicaretur absolute impossibile, sed ne admittisset maiora, & plura miracula, quam opus esset, ut quaeque duo contraria posse simul esse in gradibus intensis, id utique intelligimus permanentem, ac in esse quaeque, non vero transierunt tantum, ac in fieri, ut aiebat Faber cit. non vero transeunt Deum posse conservare simul pro aliquo instanti in eodem subiecto, potest etiam conservare deinceps, non enim in tempore sequenti diminuta est potentia Dei, quare si pro illo instanti contrarium repugnantiū superaverit, valet quaeque superare deinceps, nec id alia indiget constitutione.

8 Probatum conclusio sic intellecta ex illo Job. cap. 2. ab aequo nivium transibit ad calorem nivium, & Matth. 13. ibi erit locus, & frigidus dentium, ubi glossa significat, ut notavit Basilius, quod corpora damnatorum frigus patiuntur, & calorem simul in gradibus intensis. Probatum etiam evidenter ratione, quia nulla potest in hoc assignari repugnantia, quae a potentia divina superari non possit, vel enim assignaretur ex parte subiecti, cuius capacitas est limitata, nec excedere potest in ordine ad formas contrarias latitudinem octo graduum; vel ex formali repugnantia ipsorum contrariorum in gradibus intensis; ex primo capite assignari non potest, quia licet capacitas subiecti sit eo modo limitata in ordine ad agens naturale, non tamen in ordine ad supernaturalia, nam ab isto forma recipit non per potentiam passivam naturalem, sed obedientiam, quae respectu talis agentis non est determinata, ut dicitur dist. 5. quae respectu talis agentis non est determinata, ut dicitur dist. 5. quae respectu talis agentis non est determinata, ut dicitur dist. 5. quae respectu talis agentis non est determinata, ut dicitur dist. 5.

At neque assignari potest, ex alio capite scilicet ex parte ipsarum formarum contrariorum, nimirum ex immediata earum oppositio- ne in ordine ad idem subiectum, nam ut diximus dist. 5. Phys. quae 3. art. 3. formae oppositae circa subiectum duplicem solent exercere effectum in genere causae formalis, unus est in forma subiectum, illudque denominare, & reddere formaliter taliter, qui proinde dicitur effectus primarius, & per se, alter est in media sua informatione, quae effectus secundarius, & veluti consecutivus, quavis ergo effectus primus generis sit etiam a Deo inordinabilis, ac prorsus indispensabilis in ordine ad quamcunque potentiam, quia implicat formam esse in subiecto, & non denominare illud formaliter tale, bene tamen impedire potest, atque denominare effectum formalem secundi generis, nimirum ad eam expansionem, sicut facit in duobus quantitatibus natis se ab eodem loco expellere, non minus quam duae qualitates contrariae ab eodem subiecto, ut diximus dist. 5. Phys. quae 6. art. 2. potest ergo ex hoc capite Deus duas qualitates contrarias in eodem subiecto ponere, non quidem impediendo effectum formalem primarium, sed negatione contrarietatis, & consecutivum, scilicet actualem expulsi- onem, quam ratione etiam ibi diximus posse ponere duas formas substantiales disparatas in eadem materia. Hinc Basilius citat. sic arguit, non habent maiorem impossibilitatem quo contraria respectu eisdem subiecti, quam duo corpora respectu eisdem loci, idem enim abo impossibilia dicuntur, quia unum expellit aliud, sed per potentiam Dei ita unum corpus potest esse in loco, quod non expellat aliud, ergo, &c.

9 Dices, ergo eodem modo differunt, & repugnant duo corpora ad esse eundem simul in eodem loco, ac duo contraria in eodem subiecto, quod est falsum, & contra Doctores citat. 4. d. 49. q. 16. ad 2. pro 1. opinabili habet, quod inter ista est repugnantia formalis, inter illa vero est virtualis tantum, unde ex hoc, quod inter duo corpora non est repugnantia formalis quoad eundem locum, sicut est inter duo contraria quoad idem subiectum, concludit posse virtute divina duo corpora esse simul in eodem loco. Respond. neg. conseq. etenim magnum adhuc remanet discrimen, duae namque dimensiones differunt penes effectus secundarios, qui sunt, una excludit alteram ab eodem loco, non penes effectus primarios, qui sunt eisdem rationis, nec penes formas, quae sunt eisdem speciei, tum quia earum repugnantia non attenditur penes idem subiectum, tum quia ubi passiva, quae sunt in illis duobus corporibus penetratis in ordine ad eandem superficiem, non sunt in eodem subiecto sed in diversis, scilicet in illis corporibus, & haec praecipue est ratio, cur Doctor ibi istam repugnantiam non formalem, sed virtuale appellavit; at formae contrariae non tantum quoad effectus secundarios, sed etiam primarios differunt, & secundum formas, & penes idem subiectum, sunt enim alterius, & alterius rationis, & maxime sub eodem genere distant, non ergo Doctor ibi absolute negare voluit contraria esse posse in eodem subiecto, sed ex praedictis capitibus magis id repugnare ostendit de duabus qualitatibus, contrariis, quam de duabus qualitatibus, ad eam si negaretur de illis, non idem de illis quod negari deberet, unde quasi conditionate loquitur, non absolute.

60 In oppos. argum. multipliciter, Primò, quia contraria in sum-

mo inferunt contradictoria ex Aristot. 4. Met. 27. ubi proinde ex hoc, quod contradictoria per nullam potentiam possunt esse simul, deducit, quod neque contraria in summo, quae ad ipsa in tali gradu sequantur contradictoria. Consi. quia tunc idem subiectum esset simpliciter calidum, & simpliciter frigidum, at quod est simpliciter calidum, nullo modo est frigidum, & e contra, quod est simpliciter frigidum, nullo modo calidum est. Tandem unum contrarium habet essentialiter annexam negationem alterius, ac proinde prout ab ea inseparabiliter implicat, ergo omnino, quod possunt esse simul.

Respond. non esse intentum Aristot. ibi eodem modo arguere de contrariis, & contradictoriis quoad excludendum unum per aliud, cum enim oppositio contradictoria sit per affirmationem, & negationem, immediate unum excludit per aliud, & per locum ab intrinseco sequitur, quod si unum contradictorium est in subiecto, non est ibi alterum, quia ratio formalis unius formalissimè imbibit exclusionem alterius, secus est in contrariis, quia eorum oppositio est positiva, ac proinde conceptus formalis unius non consistit in actuali exclusione alterius, quia abo sunt positivi conceptus, & idem non sequitur per locum ab intrinseco, est unum contrarium in subiecto, ergo non est alterum, sed solum mediata, & ab extrinseco, ratione scilicet suorum effectuum incompatibilium, quatenus ad positionem unius consequitur exclusio alterius in gradibus intensis ex natura ipsorum; itaque contraria in summo includunt oppositionem contradictoriam non primò, & per se, sed consecutivè, & secundario, secundum communem naturam cursum, & sic intelligit Aristot. loc. cit. quare cum possit divinitus impediri talis consecutio, seu effectus secundarius, ut dicitur est, nulla sequitur contradictio, quia nec in contrariis exercit eorum effectus secundario, qui est expulsio, non ex primario, qui est informatio. Dices informatio unius contrarii est actualis alterius exclusio, si quidem expellunt ab eodem subiecto in genere formae, vel de causa, non effectivè, ad eum quod implent informatio est exclusio, ergo, ex effectu primario unius sequitur exclusio alterius, & contradictio. Negatur assumptum, quavis enim formae in subiecto, vel invicem expellant in genere causae formalis, tamen expulsio, & informatio non sunt idem effectus formalis, sed diversi, nam unus exercetur circa subiectum, alter adversus formam contrariam: unus est primarius, alter secundarius, unde informatio unius contrarii non est alterius exclusio formaliter, & per se, sed consecutivè tantum, & secundario; & hoc etiam modo Aristot. cit. 4. Metheor. explicat. Tac. & Bas. cit.

Ad Consi. dicitur, non esse eventum regulariter, sed in casu fortidem subiectum simpliciter calidum, & simpliciter frigidum, id est utrumque, non effectivè, ad eum quod implent informatio est exclusio, ergo, ex effectu primario unius sequitur exclusio alterius, & contradictio. Negatur assumptum, quavis enim formae in subiecto, vel invicem expellant in genere causae formalis, tamen expulsio, & informatio non sunt idem effectus formalis, sed diversi, nam unus exercetur circa subiectum, alter adversus formam contrariam: unus est primarius, alter secundarius, unde informatio unius contrarii non est alterius exclusio formaliter, & per se, sed consecutivè tantum, & secundario; & hoc etiam modo Aristot. cit. 4. Metheor. explicat. Tac. & Bas. cit.

61 Secundò obicit, quia si etiam in gradibus luminis possunt contraria esse simul, non videtur quomodo salvari possit contrarietas in ipsis, & quod oriatur ex natura ipsorum. Tum 2. quia contraria esse expellunt in genere causae formalis, at talis effectus neguit a Deo impediri. Tum 3. contraria opponuntur nedum virtualiter, & in suis effectibus, sed etiam formaliter, ac in seipsis, ut ex eorum definitione constat, ergo ante suos effectus secundarios sunt incompatibiles. Tum 4. si idem obiectum foret simul album, & nigrum, idem cibus dulcis, & amarus, &c. esset sensibile, & non sensibile, sensibile quidem, quia haberet qualitates sensibiles, insensibiles vero, quia non apparet, quo sensu percipi posset, gustu, vel visu, vel tactu. Tum 5. quia haec ratione plures quoque substantiales formae disparatae possent esse in eadem materia, cum minore viderentur inter se habere repugnantiam, quam contraria. Tum 6. eadem est potentia receptiva contrariorum in eodem subiecto, non diversa, sed illa potentia terminatur, & actus per unum contrarium, ergo illo flante alterum non potest inesse. Tum tandem quia termini motus sunt incompatibiles, contraria sunt termini motus, non autem formae, & privatio, per hoc enim distinguitur motus a mutatione s. Physic. ergo, &c.

Respond. sequelam, quia essentialis ratio contrarietatis non consistit in actuali expulsiōe contrariorum ab eodem subiecto, sed in aptitudinali, vel potius radicali. Ad 2. effectus formalis primarius utique nequit a Deo impediri, bene tamen secundarius, ratio discriminis est, quia ille immediate per se procedit a forma inhaerente, & idem vocatur intrinsecus, unde implicat formam informare subiectum, & eam non denominare tale, nam esse album aliud non est, quam habere a bledinem, alter vero effectus non immediate procedit ab ipsa forma, sed mediante effectu primario, & idem habetur veluti secundarius, & extrinsecus, ac a Deo impedibilis. Ad 3. concedimus con-

contraria ante effectum secundarium mutuae expulsiōis esse incompatibilia, non enim eorum incompatibilitas est illis effectibus procedit, sed potius ipsi ex contrariorum incompatibilitate, formaliter ergo sunt seipsis incompatibilia, exercent vero hanc eorum incompatibilitatem per suos effectus secundarios, sed tamen exercitium suum non possunt a Deo. Ad 4. neg. conseq. nam in ordine ad sensum tactus, gustus, vel odoratus agere illa contraria ad sensationem mediam ex utriusque permixtam, ut modo faciunt liquores contrarii permixti, de vita vero dicendum, quod vel una tantum forma ageret, quae scilicet validior esset ad movendum sensum, vel si aequales essent, determinaretur a Deo, vel ambae moverent, nec implicat oculum videre idem obiectum simul album, & nigrum, sicut non implicat videre plura forma, quorum unum sit album aliud nigrum. Ad 5. negat Basilius, paritatem, quia forma substantialis dat esse simpliciter, eisdem autem rei nequeunt esse duo simpliciter, & idem duae formae substantiales invicem non subordinatae eandem materiam informare non possunt; contraria autem cum sint accidentia, non dant esse simpliciter, sed secundum quid, & non est inconveniens eisdem rei esse plura secundum quod. Ad dist. 5. Phys. quae 6. art. 2. id etiam concessimus divine omnipotentiae, & ostendimus ratione a Basilio factam absolute non concludere, quia in eo casu unaqueque substantialis forma cum eadem communi materia propria constitueret suppositum in propria specie. Ad 6. licet potentia subiecti ad recipiendum contraria sit una, tamen quantum est de se, ad utrumque est indeterminata, & singulari respicit, ut actus indaequatus, ut dicitur de potentia materiae ad formas substantiales, unde in ordine ad agens potens vincere eorum repugnantiā utrumque simul recipere potest. Ad ultimum. Saepe dicitur est maiorem valere de terminis primis, & formalibus, quales sunt semper in quocumque motu, & mutatione forma, & privatio, ut diximus dist. 4. Physic. quae 6. art. 3. non autem de terminis secundariis, & concomitantibus, sicut in proposito sunt formae contrariae, ut de falsa est minor, quod contraria sit per se termini motus, nam etiam naturaliter dum fit motus intensio sit gradu remisso ad intentionem, manet ille cum isto, unde etiam fallum est ex hoc capite propriè differre motum a mutatione, ut ibidem diximus, ubi etiam expendimus Aristot. sensum in 5. Physic. dum per hoc discernit motum a mutatione.

62 Tertio tandem arguit Lichet. cit. auctoritatem Scoti, nam in 1. dist. 2. q. 2. infra lit. X. probat Deum habere virtutem infinitam ex eo, quod quantum est ex se, possit causare infinita, si non repugnaret, quia ipsa repugnantia non provenit ex defectu virtutis, sed ex repugnantia eorum formalis, & aliam hoc exemplum, si simul potens causare album, & nigrum non est minus perfectum, si non potest ea simul causare, quia ista non sunt simul causabilia, quia haec non simultas est ex repugnantia eorum, non ex defectu agentis, quia agens habet simul virtutem respectu amborum, si illa essent compatibilia. Et dist. 17. quae 3. littera VV. ait contraria incompatibilia esse in summo, non in gradu remisso. Et in 4. dist. 44. quae 3. F. ait non posse probabiliter salvari idem simul realiter pati a contrariis in summo etiam per potentiam Dei, & littera G. ait, quod si ponatur calor induci in summo in corporibus damnatorum, & adhuc qualitate illam mixti permanere, videtur manifesta repugnantia.

Respond. primum locum non urgere, etenim ibi licet de Deo loquatur, tamen cum adducit illud exemplum, loquitur de agente promiscue, unde sufficit, ut id, quod in exemplo assumit, verificetur de agente creato, nec in exemplis est multum insillendum; alter locus non est ad rem, quia ibi loquitur expressè de agente creato. Nec tandem ultimus urget, quia ut diximus n. 57. postea ait non posse oppositum improbari; cum vero subiungit esse formaliter repugnantiā calorem in summo reperiri cum qualitate mixti, non loquitur de formis contrariis, sed de eodem calore, & verum dicit, nam repugnat, quod mixto fit calor ipsi connaturaliter convenientis, qui est medius, & remissus, & calor in summo, unde videtur, sicut in eodem eff. medium, & extremum, si enim calor est remissus non est intensus, nam ut diximus artic. praecedenti, nu. 56. plus repugnat in eodem subiecto magis, & minus eisdem formae, quam ipsaem formae contrariae.

QUESTIO VI.

Quenam ex his qualitatibus conveniant elementis, & in quo gradu.

63 Sermo est hic de elementis in sua puritate, ac naturali dispositione, nam ut modo disposita sunt pro bono universi, certum est unumquodque secundum plures partes habere qualitates extraneas, & adventitias ex vicinia alterius elementis, ut explicatum est dist. 4. de Caelo q. 1. Et de elementis ita consideratis supponendum est unumquodque proprias ac quodatas sibi vindicare qualitates, unde omnino vanum est, connumerare de aere dixerunt esse natura sua expertem omnis qualitates, & esse indifferenter cuiuscumque susceptivum, eo quia est medium, per quod agentia naturalia maxime agunt, & concurrunt ad mixtionem, sicut quia debuit esse vehiculum omnium colorum ad videndum, omnis coloris expertem esse oportuit. Vanum itaque est, quia quaelibet forma propria requirit dispositiones, omnia corpora passim videmus esse suscipientibus a natura praedita, & alioqui cum aliis elementis concurrere non possent ad mixti constitutionem, quia non haberet quae-

litatem contrariam, cuius ope quae cum aliis conflari, nec eadem ratione possent in aliud elementorum converti, imò nec de novo generari, nec unquam corrumpi, quia quod corrumpitur, a suo contrario corrumpitur. Nec ratio allata urget, ut enim fit medium idoneum per quod agentia agant, satis est, quod propter suam tenuitatem sit susceptivum qualitatum omnium, prout mixtioni inserviunt, & de coloribus dispar est ratio, quia non facile sibi mutuo cedunt, ut patet, si quis aspiciat per medium, quocumque sit colore vitatum.

Comperitur etiam est, unumquodque elementum non simul omnes sibi vindicare quatuor illas qualitates, quia nec ignis de se frigidus est, nec aqua sicca; sed nec dumtaxat unam, ut de aere item opinatus est Vallet. l. 1. controverf. medic. c. 10. ubi solam humiditatem ei connaturalem facit, & tribuit Galen. l. 8. de usu partium c. 3. & l. de usu respit. sed binæ cuilibet assignari solent (exclusa tamen combinatione contrariarum qualitatum, quia nullum elementum est simul frigidum, & calidum, vel humidum, & siccum, quia tales qualitates non sunt simul, quod si ponantur in esse refracta, ac temperata, tunc ita corpus esse verum elementum) ita docuit Aristot. 2. de gen. 16. & deinceps, & 4. Metaphysic. cap. 1. cuius conventionis duplicis qualitas in quocumque elemento ratio est, quam attulit Philopon. de gen. com. 23. quia duo sunt praecipua miora ipsum elementorum in hoc universo, unum est, quod invicem transmutentur pro mixtorum constitutione, alterum est, ut tanquam partes integrantes universi ita disponerentur, ut unum esset alterius proportionatus locus, ad primum munus plane opus erat, ut unumquodque haberet aliquam qualitatem, per quam esset alteri contrarium, ut scilicet si aer est calidus, aqua fit frigida, si ignis est siccus, aer fit humidus, &c. nam omnis transmutatio fit ratione contrarii; ad alterum vero munus debet unumquodque aliam qualitatem habere, per quam conveniret cum alio sibi coniguo, ut scilicet ignis v. g. quia est locus aeris, cum eo in calore communicaret, & aer continens aquam in humiditate; & terra haberet frigus symbolum cum aqua, locus enim est conservativus locati v. g. 4. Physic. conservatio autem nequit fieri a contrario, sed tantum ab aliquo simili, & ex elementis ita constitutis nascitur illa concordia dicens, quae mundi concentum efficit.

64 Ex hac igitur naturali ratione deducitur unicuique elemento necessariae esse duas qualitates, unam communem cum elemento proximo, per quam se invicem conservare possent, alteram vero contrariam, ut secum non nihil alterando ad alterationem, & constitutionem mixtorum concurrere possent; hac igitur de causa Aristot. loc. cit. ita qualitates distribuit in singulis elementis, ut terra fit frigida, & sicca, aqua frigida, & humida, aer calidus, & humidus, ignis calidus, & siccus. At non obstante sententia illa ratione ex consonantia Universi deducta, nec Aristot. auctoritate, ac omnium Peripateticorum, non desunt, qui qualitates alio modo combinent in elementis. Telestus enim novae doctrinae inventor lib. 2. de rerum natura capit. 23. constituit aquam ex sua natura potius calidam, quam frigidam, & cap. 25. ignem potius humidum, quam siccum. Arriaga vero novissime disput. 4. de gen. n. 19. terram ponit naturae sua potius calidam, quam frigidam; & tandem hac tempore apud multos invaluit Stoicorum placitum flatuentium aereum superne originis frigidum; ita Cardan. lib. 2. de subtil. Arriag. citat. num. 25. Aereus 2. de generat. quoniam, eo quod ulterius addunt aereum non tantum sapte natura esse frigidum, sed etiam siccum, & quidem quod aer fit frigidus, fuit opinio Galen. lib. 8. de usu partium, ubi Aristot. caput, quod aereum potuerit calidum.

Rursus maius adhuc diffidium est etiam inter eos, qui in qualitate conjugatione concordant, in quo gradu binæ qualitates singulis competant, totque ac adeo varia sunt placita, ut nimis operosum effret singula ad amulum recensere. Quiddam enim dixerunt ab omni qualitate suo elemento convenire in summo, ut Sueslan. 2. de gen. comm. 23. A. Chillin. lib. 3. de elementis Mercen. in dilucid. huius puncti, Perinat. lib. de element. cap. 8. & alii, aer calidus, & humidus, elementis c. 6. Alii contra unam dumtaxat qualitatem tribuunt in summo, alteram vero circa summum, adhuc tamen in excellenti gradu, id est supra quartum, & hic dicendi modus est valde frequens apud Peripat. pro quo citari solent Averr. Alexan. Albert. Avicenn. Philop. Ammon. Marfil. Saxon. & sequuntur Recentiores passim. Alii inter has extremas opiniones quodammodo mediantes tribuunt duobus extremis scilicet terrae, & igni ambas qualitates in summo, elementis vero mediis, aquae nimirum, & aeri unam qualitatem in summo, alteram in excellenti gradu, ita Zab. lib. 2. de primis qualitatibus, cap. 1. & Averr. quae 41. lect. 8. Deimund. D. Thom. 2. de gen. lect. 3. igni tribuit utramque qualitatem in summo, aeri utramque infra summum, aquae vero, & terrae unam in summo, alteram infra summum, & sequitur Bannez 2. de gen. c. 3. q. 2.

ARTICULUS I.

Singulis elementis propria assignantur qualitates.

65 Nolla sententia est, quae sit perpetua in Peripato, ignem esse calidum, & siccum, aereum, calidum, & humidum, aquam frigidam, & humidam, terram denique frigidam, & siccam, & ita supponit Scotus 2. d. 15. q. un. & 4. d. 49. q. 13. & ubique loquitur de elementis, quae quidem sententia ab initio quaelibet ab ea universaliter ratione ex consonantia universi, & sine elementorum deducta,

deducta, nunc vero probanda est singillatim ex cuiusque elementi natura, & naturali conditione.

Primò igitur de igne, quod fit suprenaturae calidus, atque siccus, factis de exploratum est, & quidem de calore nullus videtur ambigendi locus, & si quis proterviendo negaret, igni exponatur, quoque fateatur esse calidum: de siccitate vero probatur. Tum quia ignis extinguitur ab aqua etiam si sit calida, quod est argumentum eam ei contrariari, nedum frigiditate, sed etiam humiditate, atque ideo ignem esse calidum, & siccum. Tum quia ignis, & aqua sunt elementa valde opposita, & dissimilia, ergo non in una tantum, sed in ambabus qualitatibus opponuntur, cum ergo aqua sit humida, & frigida, ignis erit siccus, & calidus. Tum quia ponendo ignem humidum cum Telesio, cum ex alia parte sit calidus, ut ipse concedit, jam in eius sententia ignis in nulla qualitate contrariabitur aquae, quae apud ipsum est calida, & humida: Tum quia quo magis corpus est siccum, facilius concipit ignem, ut de ligno arido constat, & ignis evidens formam ignis postulare siccitatem, ut dispositionem conaturalem. Tum tandem quia ignis siccificat madidas vestes, lutum, &c. nec dicias id praestare per calorem, nam videmus carnes, cum in olla fervent, elixantur, equidem caleferi, non tamen exsiccari, cum aflantur autem, etiam exsiccari, ergo siccitas non provenit à calore ignis dumtaxat, sed directè etiam ab ipso siccitate.

66 Secundò probatur aerem esse humidum, & calidum, & quidem humidum esse negari nequit, nisi negando definitionem humidiluperius ex Arist. traditam, quod facile figuratur termino alieno, & nullum retinet proprium, vel saltem in peregrinis sensus extorquendo, ut facit Aretius, sanè si proprius effectus humiditatis est subiectum reddere fluidum, & liquidum, res enim humiditas ita est manibus abstantur, ut vix recineri queant, quid fluiditas aere? aut ergo non adhuc conflat, quid fit humiditas, aut stando definitioni humiditatis iam assignatae, aer humidus asseri debet, vel alia excogitari, quae defendatur esse siccum. Deinde si aer ponitur siccus, cum ex alia parte sit calidus, jam non differret ab igne, vel si ponatur frigidus, non differret à terra, diversa enim qualitatium combinatio diversitatem formarum substantiarum ostendit in elementis saltem à posteriori, idque gratis negat Aretius.

Deinde probatur esse calidum, non frigidum. Tum quia actione frigoris aer corrumpitur, & vertitur in aquam, ut patet in generatione aquarum in cavernis terrae, & in fenestris vitreis hinc rorantibus, dum aer extrinsecus adhaerens in aquam abiit, etiam in cella, tunc enim in extrema valis gelificæ cernitur aspersio, quaedam causa ex aere extrinsecus adhaerente, qui virtute frigoris intus existentis paulatim in guttulas aquae resolvitur, è contra vero aer calore generatur, ut constat cum aqua actione caloris resolvitur in vaporem, & deinceps in aerem. Tum 2. idem deducitur ex levitate, & raritate aeris, frigus enim condensat, & aggravat, ut constat de terra, & aqua, quae ob eorum frigiditatem sunt corpora densa, & gravia, è contra vero calor rarefacit, & levitat. Tum 3. quia mel, & oleum, quae sunt mixta aerea sunt calida in praedominio, ergo etiam aer. Tum 4. quia quaelibet qualitas elementaris non nisi alteram habet per se, & directè contrariam, nam si plures haberet, statim extingueretur, quia non essent hinc inde æquibratae vires in conflictu, ergo aer non est frigidus, tunc enim calor ignis oppugnetur simul à frigore terrae, aquae, & aeris, cumque calor sit minimè resistens, statim deiceretur à tot contrariis. Tum 5. quia si aer esset frigidus in summo, ut illi arbitrantur, tunc extingueret ignem, sicut aqua, nec dicias non extinguitur, quia fit siccus; nam est aqua etiam per humiditatem extinguit ignem, id tamen principaliter efficit per frigiditatem, quae semper in ea perficitur in aliquo gradu quantumcumque ab extrinseco agente calefiat. Tum 6. quia calor, & humiditas sunt causae putredinis, ut Aristot. docuit 4. Meth. cap. 2. & problem. 33. part. 2. sicut è contra frigus, & siccitas praeservant à putredine, unde videmus hinc carnes diutius conservari, quam in aestate, & facilius Austro flante, qui est ventus calidus & humidus, in putredinem abire, quam Aquilone spirante, qui est frigidus, & siccus; cum ergo aer ex Arist. loc. cit. ad corruptionem, & putredinem valde dispositus, erit utriusque naturae calidus, & humidus, non siccus, & frigidus. Tandem videmus in hinc calorem aeris innatum ad subterranea sese recipere corruptum à frigore superveniente, ibique aquam concurrentibus quoque exhalationibus ibi reclusis servare calidam, ut patet in puteis, & cisternis.

67 Quædam ex his argumentis adduxit Aretius, & solve tentavit, unde ad 1. inquit, cum aer vertitur in aquam, & corrumpitur, non à frigore corrumpi, sed ab humiditate, & densitate, unde flante Austro videmus parietes madidos, & marmorata rorantia, quod non à frigore provenit, cum ventus ille sit calidus, sed ab humiditate, & densitate eisdem; & sic etiam è contra inquit, cum aqua vertitur in aerem, id non fieri actione caloris, sed raritatis, & siccitatis, nam ab aqua elevarunt prius partes subtiliores, & rariores valde humidæ, & convertuntur illam humiditatem, & magis etiam rarehant, & convertuntur in aerem, non inquit calori per se tribuenda esse causam raritatis, sed raritatis, & siccitatis. Ad 2. negat calorem esse causam raritatis, & frigiditatis, & iuxta proportionem subiecti, & ideo aerem, cum non sit capax magnæ condensationis, quamvis sit frigidissimus, semper erit rarus, pariterque dilucit de levitate, & gravitate, nix enim frigidissima est, & tamen etiam est levis, & è contra aurum est

gravissimum, nec tamen in frigore alia multa excedit mixta; quæ in lo sunt leviora. Ad 4. negat in primis in oleo, & melle praedominari aerem, & ait id colligi non posse, quod aqua superat, quia è contra argumentari possent praedominari aquam, quia in aere descendunt; deinde petit, an cum dicimus mixta illa esse calida, loquamur de calore actuali, vel virtuali in de actuali, quia potius frigida sunt, & facile congelantur, ac addentantur; si de virtuali, longe maiorem calorem virtutalem reperimus in rebus, quibus aqua, vel terra praedominat, in vino enim non praedominat aer, nam aqua non supereminet, & tamen virtualiter est calidissimum, & sic in multis aliis. Ad 4. ait optimum esse proportionem inter elementa ratione qualitatum, quoniam licet plura sint elementa frigida, longe tamen major est activitas caloris, & virtus Caeli calefacientis ea, quam sit virtus frigoris, quod in ipsis reperitur, & ita optime sunt disposita, sicut univerti bono congruebat.

68 His tamen solutionibus non acquiescimus, responso ad primum subtiliter omnino non potest, quia raritas, & siccitas tantæ activitatis sunt, ut eis principaliter tribuenda sit delectio aquae, & generatio aeris, nec pariter humiditas, & densitas, ut eis corruptio aeris adscribatur, & generatio aquae. & quidem in bona philosophia elementorum pugna in mutua transmutatione principaliter exerceatur per qualitates primas, & praecipue per activiores, quales sunt calor, & frigus, immerito ergo elementorum generatio, & corruptio siccitati, & humiditati principaliter adscribuntur; flante autem Austro parietes, nec saxa deludant ex copia vaporum, quos ventus ille desert, qui ad parietem impingentes, & ad marmora eorum frigorifice in aquam resolvuntur. Secunda etiam solutio est contra omnium sensum, ut enim docuit Arist. 2. de gen. 27. calidi est rarefacere, & frigidum condensare, hocque illis per se competit, & non per accidens ratione subiecti, ut colligitur ex eorum definitionibus luparius allatis; sic etiam calidi per se est levitare, frigus aggravare, ut pluribus etiam in locis docuit Arist. 2. de gen. anim. cap. 1. & 1. Metaph. sum. 3. & 12. capit. quarto, & 2. de plantis capit. 1. & probl. 1. sed 13. & probl. 9. sed 14. & probl. 18. sed 23. quod etiam fuit veterum Philosophorum dogma, unde Plutarch. lib. de primo frigido sic loquitur, quod leve, & sursum tendens nihil est eorum, quae sunt frigida, & quod nubes frigore recepto deorsum tendunt, ac versa vice calore eis insidente sursum feruntur, male ergo negat, & limitat Aretius principia quaedam philosophia ab omnibus recepta, ut peculiariter placita sua tueatur; mihi etenim praedicta via vellegendi qualitates primas secundum, nam ille ibi secundum dicitur, quia modo modo dependet ab illis, cum ergo experiantur aerem, esse rarum, & levem, levitatis oportet, à qua, vel quibus primarum qualitatum in aere existentium oriatur, & cum origi nequeant à frigiditate, ut constat, unde nix non est levis, quia frigida, sed ob copiam aeris inclinat in ejus poris, quibus undique caet, nec rursus à siccitate, nam terra, quae est valde sicca, gravissima est, ac densissima, clarè sequitur aerem nec frigidum, nec siccum esse, ut vult Aretius, sed potius calidum, quia raritas, & levitas regulariter à calore procedunt.

Nec etiam tertio argumento satisfacit, omnes enim concedunt eum esse aereæ naturae, quia superat ea ratione, quod omnino est, fit, si aere in eo praedominium haberet, imò id etiam concedunt sentientes cum ipso, sed negant esse calidum, potius enim aiunt à frigidum esse, cum modico etiam frigore citius, quam aqua congeletur, unde deducunt, cum sit aereæ naturae, aerem esse frigidum. Sed immerito etiam negatur oleum esse calidum, complexioni, vulnera enim lenit, & fovet calore suo, quae potius exacerbat, sit frigidum esset, facillime etiam accenditur, & inflammatur, quamvis alioqui sit humidum actum, & ipsi Medici docent tam oleum, quam mel in animalium corporibus effectus habere caloris, & male ex facilitate congelationis eius arguit frigiditas, alioqui esset frigidus aqua, nam provenit ex illius corporis crassitie, & viscositate, & ideo Galen. 2. de facult. simplic. medicam. dixit, oleum proprio non congelari, sed potius consistere, ac incrassari, nec à frigore procedere, quod citius, quam aqua, congeletur, sed ex crassitie, & viscositate. Demum nec sufficienter quarto occurrit argumento, tum quia licet sit calor majoris activitatis, quam frigus, adhuc tamen est minoris resistens; tum quia licet majoris activitatis sit calor frigore, adhuc tamen frigus praevaleat, quia in majori copia improportionabiliter exceder calorem, praesertim in eius opinione, qui negat elementum ignis in propria sphaera; recurrere autem ad Caelum quancumque de causa non est cordati Philosophi.

69 Tertio, principaliter ostenditur aquam esse humidam, & frigidam; & quidem utraque evidenter constat sensum testimonio, humidam enim esse fatentur omnes, & quidem in hoc elemento humiditas adeo conspicua est, ut Sacra Scriptura illam agnoscat veluti fontem omnis humiditatis Job. 12. *fi continueris aquas, omnia siccabuntur*, ex quo loco animè lumpsit Aretius negandi humiditatem aeri, quia tota in hoc loco videtur aquae attribui. At proculdubio hic non est sensus à Sacra Scriptura intentus, solum enim hoc significare voluit per elementum aquae hinc excurrere terram infrigidari, & frigare, quae sine quantum decurrit utique flatum, & arida evadere, quia aer quantumvis humidus ponatur, talem esse cum praesertim non potest, ut aqua, ob suam tenuitatem, & raritatem, ut infra dicemus, & quia ejus humiditas vaporosa non est. Nec etiam minus obvia est ejusdem frigiditas, & sensus comprobata, nam in mari, fluminibus, fontibus, & puteis aqua se fe nobis frigidam offert, imò in aestate ambiente exilente calido in puteis, ac cisternis aqua invenitur frigida, adeo ut agenti extrinseco ejus frigiditas nequaquam adscribi possit;

Solvuntur Objectiones.

possit; nec dicias hanc ei terram mutare, quia adhuc sensibilibus aquae frigiditasprehenditur, quam ipsius terrae. Accedit, quod cum ab aliquo agente extrinseco v.g. igne calorem recipit, statim ac ab eo remota fuerit abique ullo extrinseco infrigidante sponte paulatim imprellum calorem excutit, & ad primum frigiditatem sese reducit, quod argumentum est huiusmodi qualitatem à propria indole sibi vindicare, non accitiam esse, vel extraneam. Adeo ut quae fronte negat Telesius aquam esse frigidam (sæpe natura, poterat quoque negare ignem esse calidum. Denique item in hoc elemento degentes naturæ sunt frigidiores, ac densiores aqua nimium epota dolores caulat in ventriculo, & cruditates, dentes labefact, & consimilia utique flua frigiditate, quia remediis, & panis calidis sedatur dolor.

Quarto tandem demonstratur terram siccam esse, & frigidam, & quidem de siccitate res est adeo explorata, ut statim ac à Deo creata fuit, eam vocaverit aridam in princip. Genes. imò in ipsa apprime verificatur siccitatis definitio, si enim siccum est, quod facile proprio coarctat termino, nec indiget alieno, utique terra sicca ælimari debet, nam in se consistit, & propriis sponte se continet terminis; & tandem cum aqua perlanditur, & irrigatur, vi sive siccitatis maiorem absorbet, & paulatim ad nativam siccitatem redit. Quod etiam fit frigida, probatur, quamvis enim partes ejus superiores, & extimæ radiis solaribus expostæ calidæ sentiantur, tamen in visceribus ejus, subterraneisque cavernis, quo solaris calor non pervenit, immane viget frigus; sicut etiam eadem partes humidæ sentiuntur ex admixtione aquae, ut apta fit ad culturam, & generationem herbarum, atque plantarum, neque ob id arguimus esse ex integro humidam. Insuper videmus lapides, & metalla, quae sunt corpora valde terrena, frigiditate vigere. Hoc ipsum suadent ingens ejus gravitas, & densitas, quam supra diximus à frigore derivare, ut raritas, & levitas colore.

70 Querens unde participant elementa has qualitates eis connaturales? Zabar. lib. 1. de prim. qual. cap. 8. & 9. inquit totaliter à Caelo esse imprimi mediante motu, & immobilitate, movens enim vertigine sua etiam elementa, eis calorem inficit, & quia aliqua elementa ab ea circumlatione vel nullo modo, vel admodum lentè pertinguntur; consequenter in eis caulat frigiditatem, quae videtur fuisse doctrina Aristot. 1. Methet. cap. dum ait, quod quia circulo fertur Caelum, ideo pars orbis inferioris illi proxima accenditur, & calida fit, quæ vero procul à Caelo in medio mundi fuit, ea propter immobilitatem gravissima, & frigidissima; quo etiam modo locum occupat Aretius, de Caelo comment. 2. immovens, quod referrià motu circulari dat quietem, frigiditatem, & gravitatem, sicut propinquitas dat motum, calorem, & levitatem.

Ceterum hæc Zab. opinio omnino displicet, tum quia certissimum est singulis elementis proprias convenire qualitates ab intrinseco, ac eorum substantiales formas consequi, & ita ubique supponere videtur Aristot. qui qualitates elementorum solet eorum passiones appellare, passio autem fluit ab essentia sui subiecti, non ergo ab extrinseco totaliter eis advenit, alioquin essent illis profusus extrinsece, & adventitiae; tum quia doctrina illa Aristot. 1. Metaph. cap. 4. sano modo debet intelligi, nam absolute intellecta subsistere nequit, & gravem patitur calumnia, ut demonstravimus disp. 2. de Caelo qu. art. 4. tum quia licet aliquo pacto fulsineri possit, & defendi hæc opinio quoad calorem, & frigus, non tamen quoad alias qualitates, quæ enim est ratio, car aer sit humidus, & humiditatem à Caelo recipiatur non verò siccitatem? è contra terra sit sicca, & non humida? si enim motus est causa caloris in igne, & siccitatis, ergo terra nequit esse sicca, licet sit frigida, & rursus si aer humiditatem recipit à Caeli motu, humidior erit praecipue superius, quam aqua, cum velocius moveatur. At inquit Zab. hoc venire, quia substantia aeris est apta ad recipiendum humiditatem, & terræ substantia siccitatem. Hoc tamen non satisfacit, quia è naturaliter aer sit humidus, attamen quando applicatur agenti ex se determinato ad productionem siccitatis, aliquo modo alteratur, & exsiccatur, ut experientia constat, ergo quia motus ex se producit siccitatem medio calore, product quoque aliquo modo siccitatem in aere, quod est falsum. Tum quia fallum est etiam hoc asserere de calore, & frigore, nam immobilitas, cum sit privatio, nequit esse per se causa alicujus positivi, sicut est frigus, etiam aequivoce, ergo frigiditas terræ nequit ab immobilitate provenire, sed à propria eius substantia forma; Ignis etiam non est calidus, & tamen non fertur circulariter à Caelo, & è contra aqua calida refrigeratur, dum movetur, ergo nec calor à motu, nec frigus ab immobilitate per se derivatur; atque ideo concludendum est qualitates elementorum à substantiis illarum eorumdem formis produci, & proficisci.

Aristot. verò loc. cit. benignè interpretandus est, quod scilicet loquitur de conservatione quadam, ac proportionem locali, ut nempè terræ globus veluti à Caelo remotissimus frigore, & gravitate deprimitur, ignis verò à Caelo proximus pollat levitate, & calore; & quidem ibi non negat elementa concurrere ad productionem illarum qualitatum, sed voluit innuere, Caelum quoque concurrere, ut causam univalem, & dum dixit concurrere per motum, & immobilitatem, utique non excludit alias influentias caelestes, sed tantum innuit illas quoque suo modo concurrere ad productionem illarum qualitatum.

71 IN oppos. objic. Primò cum Thelesianus humiditatis definitionem, tum tota de ipso vult esse humiditatis definitionem, & nullo proprio. Item Arist. 4. Metaph. 24. & Medici dicunt, carnes assas humidiores, quam exsiccatae utique virtute humectativa ignis. Rursus si super flammam manus imponatur, inde illam retrahimus nedum humectatam, sed etiam humectatam. Tandem metalla videmus igne liquari, signum evidens esse naturæ humidæ, nam omne agens in agendo passum sibi assimilare intendit. Ad 1. exactè satisfacimus supra n. 2. explicando definitionem humiditatis. Ad 2. per illud significare voluit, quod plus de substantia, & succo carnis remanet in carne alia, quam in elixata, ex qua per aquam defluit. Ad 3. flamma super nos atque deficit à debita puritate, secum enim trahit ex lignis lemper aliquid humiditatis, quæ facillè illi admiscetur. Ad 4. metalla non liquantur ab igne, quia sit humidus, alioquin ab aere melius liquarentur, qui humiditate satis excellit, sed ab ejus calore solvantur, materia enim metalleorum, ut diximus disp. 4. de Caelo quæst. art. 7. ex Angell. lib. de form. prop. pag. 89. est humidum, aqueum, unducum, atque viscosum virtute frigoris perfectè mixtum, ac addentatum cum subtili terreo, unde eo ipso quod frigus illa connectens superatur à calore ignis, statim liqueunt & humida evadunt, quia defectu frigoris nequit siccum terream amplius cohibere fluxibilitatem humiditatis aequi.

Secundò, objicitur cum Stoicis probando aerem esse frigidum, quia talis est aer in natura sua, qualis est, ubi maxime recedit à suis contrariis, sed ibi est frigidus, ut constat in media aere regione, ubi proinde generatur pluvia, nives, grandines, &c. Nec dicias hoc frigus ibi quando congruit vaporibus, illis continuo ascendebus, nam ibi aer serenissimus est, & ab omni impuritate defæcatus, ut constat in summitate montium, & vapores etiam illius perveniunt calidi, cum virtute caloris sursum eleventur, unde potius cum deberent calefacere, quam infrigidare. Tum 2. nam aer diebus æstivis, licet perfervidus sit, noctu tamen refrigeratur, non alia ratione, nisi quia aer abscedente Sole reducit se ad proprium, & connaturale frigus, & hic modus argumentandi est similis illi, quo communiter ostenditur terram, & aquam frigidam esse. Nec rursus recurram ad vapores, & halitus terrestres tunc aerem ascendentes, quia ut diximus, ibi sunt calidi, saltem ab extrinseco, nec possent facillè ad statum naturalem se reducere in opinione aereæ naturae calidum, nam calor aeris id impedit, ut aer frigidior est, cum est purus, & limpidi, quam quando vaporibus est infusus, quod argumento est non ex vaporibus, sed ex nativa aere constitutione frigus illud provenire; & insuper loca clausa in aestate frigidiora sunt, cum tamen non ibi sine vapores, nec aliud agens extrinsecum infrigidans. Tum 3. aer infusus est ad refrigerationem animalium per respirationem, ergo non potest natura sua esse calidus, alioqui valde ineptus esset ad tale officium. Tum 4. aer motus flabello refrigerat, ergo natura sua frigidus est, nam motus in rebus calidis calorem excitat, & frigus in frigidis. Tum 5. quando homo patitur colicam, aer intus inclusus suo frigore hominem torquet, nec nisi rurem calidam applicatione fecit sedatur dolor. Tum 6. praesertim admittendum sphaeram ignis infra Lunam, opus erat aerem illi conjunctum esse humidum frigidum, ut ignis acrimoniam cohiberet, ac temperaret. Tum 7. cætera elementa cum propria qualitate privantur aut intereunt, aut saltem maximam patiuntur jacturam, aer vero remoto calefaciente frigescit, totaque hyeme ita servatur, nec tamen interit, quinimo ex frigidissimo vento boreali valde expurgatur, & serenor apparet. Tum 8. qualitates, quas habet elementum ex propria natura, non facillè, nec passim amittit, sed ferè semper retinet, ut patet de igne nunquam amittente calorem, & siccitatem, sed aer facillè calorem amittit, ergo, &c. Tum 9. nam ventus est aer commotus, & regulariter, ac per se est frigidus. Tum 10. quia citius aer refrigerat, quam aqua calida, ergo si quum est non minus aerem vendicare sibi frigus, quam ipsam aquam. Tum tandem quia aer congelatur aqua, nam è puteo hauria statim refrigerat, & hyeme glaciatur, & alia flumina non in imo, nec in medio gelantur, sed in parte superiori, quæ frigori aeris magis exposta est, & obvia.

72 Respondeo 1. frigus illud mediae regionis aeris, ut ibi dicebatur, ab extrinseco provenire, scilicet à vaporibus, atque is admixtis exhalationibus terreis, quæ in ea regione materiam præbent nubibus, & pluviam; & cum ad connaturalem frigus statum sese reducat, totam aeris illam infrigidant regionem, ut fuscus cum toto explicavimus disp. 4. de Caelo qu. art. 1. ubi è impugnatione altissimi huius solis, & alias plures enodavimus. Ad 2. aer hic infusus ab æthere Sole frigescit tum actione terræ, & aquæ infrigidantium, quam non amplius reundit presentia Solis, unde frigidior sentitur in mari, quam in terra, tum actione vaporum, qui à Sole in aere relicti noctu se reducant ad frigiditatem ingenitam, aeremque refrigerant, neque id calor aeris impedire potest, quia hic non est immus, & habet cum plurius hostibus decertare nempè cum frigore terræ, aquæ, & ipsorum vaporum, tum quia major est resistentia vaporum, quam fit activitas aeris, eo quia vapores sunt crassiores, aer vero tenuior, quæ tenuitas, & raritas valde remittit actionem; & fallum est regulariter loquendo aerem esse frigidiores, cum purior est, & serenor, sed id interdum evenit, quia spirans Aquilo nubes dissipat, & Caelum ferat interit virtute sua aerem infrigidans, sicut è contra Austro aerem nubibus inficit, & sua vi calidum reddit; aestate vero aer in quibus-

biculis clausis frigidior est, quia non est ita actio Solis expositus, sicut extra, & actio parietum frigidiorum nonnihil refrigeratur. Ad 3. aer comparatione cordis est longè frigidior, cor enim animalis adeo fervet, ut saepe ab Arist. ignis appelleretur, ac ignem cor, ut lib. de respiratione cap. 2. 8. & 10. quare latius idoneus est ad respirationem; imò ulterius natura providit, ut actio terræ, & aquæ adhuc amplius refrigeretur, ac etiam aliquantum condensetur, dicunt enim in altissimis quibusdam montibus nonnihil aquæ raritatem non esse ad respirandum. Ad 4. eadem ratione valet aer ad vultum frigidior, cum calore æstivus, nempe quia calor adhuc frigidior est corpore animalis, verum quia faciei circumfusis statim incalcescit per tenuissimos halitus ab ea procedentes, opus est assidue illum permittare, & flabello cieri. Nec sequitur, ut obicit Arist. si tantum novi aeris succellu refrigeratur vultus, eodem beneficio poterit hominem, cum de uno ad alium locum movetur, quia etiam tunc novus succedit aer. Non sequitur, nam flabello nedum expellitur externus aer circa faciem, sed etiam internus inclusus in poris vultus, qui præsertim mollior affert, nec expellitur motu ambulationis, nisi fit concitatus, sicut motu flabello. Illud vero, quod addatur calida per motum calefieri, & frigiditate absolute saltem calidum, ut diximus dist. 2. de Cælo quæst. 7. art. 4. conclus. 1. nam quia calida agitata frigeat, frigidus lapides invicem attriti per motum incalcescunt.

Ad 5. quod colicam generat, ac intestina divexat, non est simplex aer, sed status quodam frigidus ex indigestione laboris alterius rationis ab aere, & potest etiam aer ob nimiam frigiditatem extrinsecè acceptam interdum interdum torquere, quando in intestinis inclusus exitum querit, quem cetero facilius invenit applicatione rerum calidarum, quia tali admixtione adhuc magis rareficit, attenuatur poris, & evaporat. Ad 6. imò admittendo phæram ignis, quæ fit veluti locus aeris, opus est, quod habet aliquam qualitatem aeri consimilem, quia locus est conservativus locati, & sic cum non communicet in fecitate, nam aer est humidus, sequitur hanc esse calorem, cur verò aerem sua acrimonia non abumat, & à quo illa retundatur, satis explicuimus dist. 4. de Cælo quæst. 2. art. 1. ad 2. cui accedit, quod ait Doctor 4. dist. 49. quæst. 13. infra B. quod ignis non comburit omnia elementa ob proportionem, vel adæquationem aliorum in resistendo virtuti ejus in agendo saltem concurrente Cælo cooperante aliis in resistendo. Ad 7. argumentum est ad utramque partem sicut enim aer toto hyme friget, nec tamen interit, ita tota æstate fervet ab æstive fortis, dicimus ergo hymeale frigus valde aerem à suo consuetu statu deturbare, non tamen omnino delicere, tum quia adhuc aliquis gradus caloris conservatur in eo à Sole, & celestibus influxibus, tum quia illæ færvant in eo alia qualitas, scilicet humiditas, quod sufficit ad retinendam formam substantialem aeris in materia, quam sequitur dispositio ad recuperandum calorem, facilius autem aer amittit calorem, quam humiditatem, quia hæc ei convenit in majori gradum, quam calor, ac etiam est majoris resistentiæ, quia ratione etiam aqua facilius amittit frigus, quam humiditatem; dicitur verò aer vento boreali purificari, & expurgari, non quia frigus ab eo delatur fit aeri consentaneus, sed quia nubes diffipat, & ab eo expellit vapores crasses, ex quorum immixtione ejus innata perspicuitas, ac feritas valde inficitur. Ad 8. argumentum quoque est ad utramque partem, nam frigus etiam facile amittit, facile ergo amittit calorem ob humiditatem cum raritate, & subtilitate conjunctam, quarum ratione magis obnoxius est alienis impressionibus, quam cætera elementa, nunquam tamen sic eam amittit, ut omnino exuat. Ad 9. ventus tam esse potest calidus, ut Auster, quam calidus, ut Aquilo, si ergo est aer commotus, tunc erit frigidus, si frigidus cietur aer, tunc calidus, si calidus aer agitur. Ad 10. constat ex dictis ad 8. quare facilius calorem exuat, quam aqua, unde dixit Arist. sect. 14. probi. 9. & sect. 5. probi. 10. aerem ob suam tenuitatem facile à propinquis agentibus alterari, ac de una in aliam qualitatem mutari. Ad ult. negatur aerem virtute propria aquam congelare, aliqui sepiam saltem condensare possent, & aquam vel semper, vel ut in pluribus congelare, cum ergo id non efficiat, nisi cum ingenti frigore est imbuta, ut in hyme, congelatio referenda est in frigus accidentale ambientis, non in aerem ipsum; aqua verò è puteo haulla glaciatur, & non in puteo, quia in hyme innatus calor aeris à frigore superveniente corruptus ad subterranea quodammodo auferit, libique aquam glaciari non sinit, & sic etiam de fluminibus dicendum. Ex his patet quomodo rationes, & experimenta, pro aeris frigiditate stabilienda, de quibus adeo gloriantur Aristoteles, diluantur, quia de causa etiam si pro nostra sententia rationem non haberemus adeo evidenter, adhuc probabilior censeri debet ob Arist. auctoritatem, quem Aristoteles sibi incassum conciliare contendit, nam ex professo illa à nobis, & si interdum aerem appellavit frigidum, ut 3. Phys. 44. 8. de gen. 2. & 2. de gen. 21. vel locutus est gratia exempli, vel in aliorum opinione, vel intellexit certè de accidentali frigiditate, & adventitia. Quod si ab Arist. recedere vellemus, certè magis placet opinio Vallet. cr. initio à solum humiditatem esse aeri naturalem, calorem verò, & frigus ab extrinsecè ei imprimi, sic enim omnia bene favantur.

74. Tertio, abicitur pro aeris fecitate, nam quando aer est purus, pro ipsum omnia excruciantur, ut contingit in æstate, & in humo gelle, quo si quandoque videtur aer humidus, id ei contingit ab extrinsecè scilicet à vaporibus, & pluvii, quæ se facile immiscet aeri ob ejus limpiditatem, & tenuitatem. Deinde Arist. de gen. 49. ex omnibus elementis solum aquam ait esse facile terminabilem, & sect. 25. probi. 10. negat aerem esse humidum, & 1. Met. cap. 4. ait aerem su-

premum esse siccum. Rursum nunquam videmus aerem se solo humedare, vel calefacere, ut quid ergo illi hæc frigiditas otiose? Præterea saltem ex accidenti plerumque aer est qualitas, & sic quomodo ergo si natura sua esset humidus, & calidus, non defineret esse? Tandem calor, & humiditas in aere nihil ad universi bonum delerunt, quia pro calore sufficit caelestis calor, pro humiditate pluviae, imò quorum pluviae de Cælo, si aer est humidus, 2. quorum calor Solis, si aer est calidus, 3. at frigus, & fecitas in aere multum delerunt, temperant enim caelestes calores, vapores sublativos cogunt in pluviam, & post pluviam rursus fecitatem inducunt, &c. ita urget Arist. loc. cit.

Resp. ad 1. cum aer sereno vestes, & alia excruciant, hoc non fieri ab aeris qualitate innata, sed ei extrinsecus injecta, vel à Sole, vel à vento aliquo urente, quæ aliquando in ipso aere puro fervet; ipso etiam aere serenante pluviae solent excurrere per medium subtiles exhalationes, quæ utopie naturæ sicca omnia excruciant; videtur Ang. lib. 2. de form. prop. pag. 45. & 177. §. primum dabitur, ubi fuse explicat, quomodo aer nunquam excruciat qualitate propria, sed extrinsecè, & peregrina aliunde accepta, & præsertim ab influentia Cæli deficiente. Ad 2. Arist. 1. Met. c. 4. non loquitur absolute de aere, seu comparat aerem sapremum cum infimo, & adjunt hanc esse vaporosum, & humidum, illum verò ob viciniam ignis nonnulli siccum, in aliis vero locis loquitur potius de mædificatione, & irrigatione, quam de humiditate, nam humidum aqueum, quia reperitur in materia crassiori, & densiori, facilius adheret corporibus, eaque humedat, & mædificat, quem effectum nequit præstare humidum aerem, quia cum sit in materia admodum rara, atque subtili, facile diffuit, ac elabitur. Ad 3. experimur in hyme in locis, & cubilis bene clausis aerem esse calidum, etiam si ibi non sit ignis, vel aliud calefaciens, ac etiam in locis subterraneis, tunc temperatius est calidus, quia innatus calor aeris, veluti à superveniente frigore corruptus, in ille sese recipit, & conservat, ut diximus, quia etiam ratione aqua in puteis non glaciatur, licet non negemus id etiam provenire à calidis exhalationibus, quibus à frigore externo, ne erumpant, præcludit aditus; non experimur verò aerem humedat, ut de aqua, quia ut ait Arist. diximus ob ejus subtilitatem, & raritatem nimis diffuit, & dilabitur, ut autem humedaret, deberet corporibus adherere ad instar aquæ, sed ob id negare non debemus esse humidum, imò cum magis diffuit, quam aqua, debemus deducere esse humidiorum aqua.

Ad 4. nunquam aer sit adeo siccus, & frigidus, ut nativam fecitatem, & caliditatem prorsus exuat, nam illas semper retinet, solum in gradu necessario ad conservationem formæ substantialem, sed si quanto valde frigidatur, vertetur in aquam, in qua vehementer incalcescit, & excrucietur, vertitur in ignem. Ad ult. multum per omnem modum deservit calor, & humiditas in aere, nam ejus calor solaris fortis, & sultus mitigat, & temperat immane frigus aquæ, & terræ, & efficiunt temperiem necessariam pro conservatione mixtorum, ac præsertim viventium; humiditas etiam in aere adeo fluxilis necessaria apprimè aerem pro respiratione eorumdem viventium, quia tamen aer non habet in ea temperie humiditatem, ut mædificet, & irrigare queat, necesse est fuit pluviae de Cælo, è contra verò frigus, & fecitas in aere ad nihil deservit, imò valde officere, quia tria haberemus elementa frigida, & tria sicca, quod destruit elementorum symmetriam.

74. Quarto, obicit, quod aqua sit calida, nam Arist. 2. de gen. animal. cap. 2. ait nullum humorem esse sine calore. Tum 2. quia omnia fassa calida sunt, à aqua maris est fassa, ergo. Tum 3. in aquis multa animalia vivunt, à animalia calido conservantur. Tum 4. aqua ex vaporibus calidis generatur, ut patet in distillatorio, & aqua generatur ex terra actione Solis illam immutantis, ut docet Arist. de gen. ad finem, cum ergo generetur calore, tanquam parva dispositio, de se calida erit, è contra verò ut convertatur in terram, debet prius mediante frigore adensari, & sic frigore corruptum. Tum 5. frigus interdum corrumpit aquam, ut patet de chrysallo, in quo nullo frigore convertitur aqua. Tum 6. effectus ejus offendunt potius esse calidam, quam frigidam, nam liberaliter epota nihil lædit animal, cujus tamen calor non est excellens, læderet autem, si idè frigidum foret. Tum 7. hymeali tempore cernitur è puteis evaporare ad instar fumi, quod proprium est calidi vaporis. Tum 8. vapores insinuant primas qualitates liquorum, sed vapor aquæ secundum Medicos est medius inter vapores dilatantes, & confringentes, ergo aqua non est frigida, quia omne frigidum linguam animalis, & sensorium radus confringit, sicut calidum dilatat. Tum 9. humiditas provenit ex calore, & metalla, si ergo aqua est humida, erit quoque calida. Tum demum quia æstate ipsæ aquæ pluvie, quæ decidunt, tepide sentiuntur, & ubi viget frigus, non pluvie generantur, sed nives.

Resp. ad 1. ubi Arist. loqui de humido mixtorum, quod ipsum humidum mixtum etiam est, nulla autem mixtio sine calore; quod verò de eo humido loquitur, patet, quia docet esse insitutum quomodo in animalibus durecant ipsi, pennæ, cæteraque similia, atque hæc omnia fieri ex humore, qui deinde durecat, in aliis quidem frigore, in aliis verò calore, in illis quidem à frigore, quia exprimitur humore, cum quo calor exit, nunquam enim humor est sine calore, sic ille. Ad 2. falso illa, & ad hunc maris non provenit ex natura ipsius aquæ, sed ab exhalationibus admixtis, & aliis causis, sicut dictum est in Methæor. sicut si quis aquarum, & sal minus fime confusa diligenter permisceret, totum illud corpus pluvie permixtum sentire sibi videretur salsum, non quidem quod pulvisculi facerent etiam salsi sint sub

sed quia discerni non possunt ab aliis propter exactam mixtionem. Ad 3. aqua circa nos est permixta contrariis, & calore præsertim Solis eo modo calefit, sicut variaz naturæ piscium est consentaneum. Ad 4. nunquam vapores in aquam convertuntur, nisi prius refrigerentur, hinc ferunt in fumitatem sillicidii ponitur alius pannus mædificatus ad illos vapores refrigerandos, & nubes sunt in media regione, ab aere vel frigidus qui in causa est, ut vapores in aquam convertantur; Sol etiam ut agens universalis concurrat ad generationem aquæ in terra concurrat accommodato ad talem effectum non præcise per calorem, & sic intendit ibi Arist. Idè autem aqua debet addèrari, ut convertatur in terram, quæ debet excrucari, & ex illa fecitate conjuncta cum frigore oritur densitas ad formam terræ prærequisita. Ad 5. illæ mutationes aquæ scilicet in crystallum, & confusiles non sunt frigidus, sed etiam concurrat siccum terræ, quod illius humiditatis inimicum est. Ad 6. si lædi dicitur remitti, utique calor animalis læditur, refrigerandi enim gratia potius aqua ab omnibus, si verò dicitur omnino extingui, non læditur, quia naturalis calor valentior est in iua officina, quam aquæ ille portiones, quæ bibuntur, portiones dicimus; nam tantum aquæ quantitas potest evaporari, ut calore naturalis extingueret, cæterum monet Galen. lib. de rerum a fectibus c. de aqua, ut aqua frigida præsertim nivata utatur, nisi aut multæ corporis exercitationi dedit sint, ut calida supra modum sit corporis temperatura, atque affueti sint à puritate, alias enim morbos incurrabiles frigoris ætate vergente ex illa provenire. Ad 7. hymeali tempore evaporat aqua ob calorem ei violentè injectum tum ab exhalationibus calidis, quæ in locis subterraneis recluduntur, nec in apertum erumpere permittuntur à frigore ambientis, tum ab aere, qui in illis locis servat nativum suum calorem.

75. Ad 8. argumentum non magis probat aquam esse calidam, quam frigidam, quia ut est calida, debet etiam sapore seniorum dilate, admissio itaque quod ajunt Medici de saporebus, dicimus malè ex sapore de aqua elementari cæterum Monit. Galen. lib. de rerum a fectibus, ita Galen. c. lib. de rerum a fectibus, ubi ait, aquam dignosci quidem gustu, odoratu, & visu, sed negativè, ex eo quia aqua vera & sincera neque colorem, neque odorem, neque saporem ullum debet obtinere; idem confirmat com. 3. de vidus rationem in morbis acutis §. neque incindendo, ubi aqua illas, quæ qualitate hujusmodi aliquando contraxere, medicamentosas appellat, quare ficuti saporem aquam nominat, non aquæ saporem, sed rei alieque intelligit, quæ ob sui languiditatem nihil videatur sapere, quia sunt vix languida. Ad 9. negat, assumptum, quia autem ratione ignis calore suo dicitur. Confirm. Nec Telestus afferens ignem humidum debet cum humedationem calori ejus tribuere. Ad ultimum pluviales aquæ in æstate sentiuntur tepide, quia transeunt per infimam regionem aeris, quæ tunc temporis calore æstus, unde quando ad nos perveniunt non sentiuntur in suo naturali statu.

Quintò tandem obicit Arriaga probando terram esse calidam, quia ad generationem plantarum, arborum, &c. ad quam natura sua ordinatur, aptior est calor quam frigus; ac etiam quia non est experientia probans eam esse frigidam. Resp. quod eadem ratione potest Arriaga deducere terram esse humidam, si forte natura, quia nimirum aptior est humor ad generationem plantarum, quam fecitas; sicut ergo natura providit, ut terra humanæ habitati-onis, & cultura defervens esset humida beneficio aquarum huc illic excurrentium, ac pluviarum à Cælo decidentium, sic etiam providit ad eundem finem, ut calore Solis, & ope aliorum caelestium influentiarum partes superiores terræ tantum incalcescant, quantum sufficit ad culturam; neque ex hoc argumentari licebit esse suapte natura calidam, sicut non arguimus esse humidam. Et fallum est non adesse experientiam ejus frigiditatem probans, nam in cavernis, & specubus subterraneis, quod non pervenit actio Solis calefaciens, viget maximum frigus, & etiam aliunde id deducitur, ut patet in probatione conclusionis.

APPENDIX

De calore Aeris, & Frigiditate Terræ.

Pontius in append. apolog. n. 122. volens potius sequi sententiam Arist. Arriagæ, & aliorum Recentiorum, quam Arist. Scoti, eil-dem Arist. solutionibus nunc impugnat utitur addendo nonnulla ex proprio penu prorsus inepta, ut videbimus. Ad 1. negat antecedens, & ad 1. probationem negat & ipse cum Arist. aquam generari esse aeri frigidioris, generatur enim ex aliquibus vaporibus, aut si generetur ex aere, non generabitur per frigus, sed per augmentum humiditatis, aut aliquam aliam viam. Ad 2. probationem negat lantum esse majoris ponderis, quam frigus, vel terra sicca est, nam vel non est aer, sed vapores alii, vel si aer, non vertitur per frigus, sed per humiditatem, aut aliam viam; cuius indiciem est, quod siante Austro parietes sint madidi, & marmoræ rorant, nec enim tunc potest dici, quod aqua illa generetur ex aere vi frigidioris, id quod ad versarii ipsi fatentur, dicentes illam generari ex vaporibus calidis ab Austro delatis; sed non advertunt, quod quemadmodum in illo casu id ipsum dicitur, ita in aliis casibus dici potest à nobis; nec consequenter valet experientia, quod adducunt ad propostium; per quod patet ad experientiam de phiala repleta aqua gelida. Ad ultimum experientiam, quia probatur calore producti aerem, negat vapores solvi in aerem per calorem, sed disponuntur ad generationem aeris per diminutionem lux humiditatis, quæ fit per actionem fecitatis.

Dices (inquit) cum Adversariis humiditatem, & fecitatem non posse esse tantæ ad vitas, ut possint disponere aerem, ut ex eo generetur aqua, nec aquam, aut vapores, ut eis generetur aer; & in bona philosophia elementorum pugna in mutas transmutationes principaliter exereatur per qualitates primas activiores, ut sunt calor, & frigus. Respondet gravis dicit, quod humiditas, & fecitas non habent tantam activitatem, quod aqua convertatur in aerem, aut aer in aquam, cum non adstant aliæ causæ quibus id adscribi possit, præter frigus, & calorem; Ad illud de bona philosophia (ait) certè ad eam dicendam non multum conferderem adversariarum iudicio experientia edoctus ipsos sæpe deceptos fuisse; sed si verè sint prædictæ experientiæ, negatur actionem dispositivam ad generationem unius elementi ex alio semper attribuendam qualitatibus activioribus elementorum.

Sed planè si melius volebat Pontius primæ nostræ rationi occurrere integram debet Arist. responsonem adducere, non autem aliquid addere, vel subtrahere: Arist. quidem, postquam negavit aerem verti in aquam actione frigidioris, ait hoc fieri ab humiditate, & densitate, videns humiditatem solum non sufficere, ut enim aer vertatur in aquam, debet prius addensari, quod utique ab humiditate haberi non potest, quæ potius addensata diffundit, & fluida reddit, ut patet de sale, cum liquefit, & humectatur ab aere, vel aqua, idè addidit densitatem quoque concurrere cum humiditate, ut integram causam assignaret; at Pontius solum pro causa addidit humiditatem, quæ certè sola non sufficit ob allatam rationem; quia fortè de causa addidit aquam generari ex aere vel per augmentum humiditatis, aut aliquam aliam viam, quænam sit illa non explicans, ob pulcherrè respondendū modum, quem etiam adhibet in solutione ad 2. probationem. Quod autem ait responsonem nostram ad experientiam de Austro hæntæ ab Arist. additam posse pariter applicari experientiam in argumento nostro adductis de fenestris vitreis hyme rotantibus, & de phiala repleta aqua gelida, falsum est, quia experientia de phiala cernitur præsertim in ætate, etiam quando aer est omnino purus, & cujuscunq; vapori, exorsus, unde in tali calu asperfo, quæ cernitur in extrema valis superficie in vapores nequaquam reduci potest, sed in aerem extrinsecus adherentem, qui virtute frigidioris in us existens paulatim in guttulas aquæ resolvitur.

Ad ultimam quoque experientiam melius etiam erat, quod adhiberet integram Arist. solutionem, qui rursus cum negasset aquam verti in aerem actione caloris, ait hoc fieri à raritate, & fecitate, videns fecitatem solum non sufficere, ut enim aqua vel vapores vertantur in aerem, non tantum excrucari debent, sed etiam rarefieri, quod utique fecitas præstare non potest, sed raritas, quam Pontius omisit in sua responsonem. Obiectionem autem, quam ex nobis addicit n. 68. est mera impolura, videatur nosser textus, quos enimquam Philosophus dixit fecitatem disponere posse aerem, ut ex eo generetur aqua, cum fecitas aquæ repugnet? quod si ipse id concedit in responsonem, quam asserit objectioni à se factæ, vel nostræ non intellexit, profit ei, & ejus bonæ philosophiæ, qui ait non multum fidere iudicio nostro experientia edoctus nos sæpe fuisse deceptos, ac certè nunquam in hoc decepti sumus, ut ipse, quod diximus fecitatem posse aerem disponere, ut ex eo generetur aqua, quamvis enim de humiditate id concedendum sit, planè de fecitate piculum foret in philosophia hoc admittere.

Ad 2. rationem nostram respondet cum Arist. n. 124. negando calorem formalem naturalem rebes esse causam, cur sint graves, & raræ; aut frigus naturæ esse causam, cur sint graves, & densæ; nec id patet in terra, quia hæc non est naturaliter calida, sed frigida; nec etiam probatur sufficienter ex eo, quod calor rarefaciat, & frigus condenset; neque enim hoc est verum, nisi de rarefactione, & condensatione, quæ corpus extendit ad majorem, & contrahit ad minorem locum, quam antè habuit, raritas autem aeris, quam ex se habet non consistit in occupatione majoris loci, quam ex se petit occupare; quod autem gravitas, & levitas, raritas, & densitas naturalis non proveniat ex calore, & frigore, patet manifestè, quia aliàs aqua, quæ est summè frigida, deberet esse gravior, & densior terra, & quocunque mixto, quod est falsum, cum sine dubio terra sit gravior ipsa, & aurum etiam gravius, & densius utraque.

Hæc responso cum diversâ sit itab illa Aristi jam allata, nec etiam indiget diversâ impugnatione; cum autem addit manifestè patere gravitatem, & levitatem, raritatem, & densitatem ex calore, & frigore non provenire, quia aliàs aqua, quæ est summè frigida, deberet esse gravior, & densior terra, quod est falsum, cum sine dubio terra sit gravior ipsa; dicimus in primis hoc non esse adeo indubitatum, quin oppositum defendatur à multis ut probabile, aquam nimirum posse aerem disponere, ut ex eo generetur aqua, quamvis enim de humiditate id concedendum sit, planè de fecitate piculum foret in philosophia hoc admittere. Ad 2. rationem nostram respondet cum Arist. n. 124. negando calorem formalem naturalem rebes esse causam, cur sint graves, & raræ; aut frigus naturæ esse causam, cur sint graves, & densæ; nec id patet in terra, quia hæc non est naturaliter calida, sed frigida; nec etiam probatur sufficienter ex eo, quod calor rarefaciat, & frigus condenset; neque enim hoc est verum, nisi de rarefactione, & condensatione, quæ corpus extendit ad majorem, & contrahit ad minorem locum, quam antè habuit, raritas autem aeris, quam ex se habet non consistit in occupatione majoris loci, quam ex se petit occupare; quod autem gravitas, & levitas, raritas, & densitas naturalis non proveniat ex calore, & frigore, patet manifestè, quia aliàs aqua, quæ est summè frigida, deberet esse gravior, & densior terra, & quocunque mixto, quod est falsum, cum sine dubio terra sit gravior ipsa, & aurum etiam gravius, & densius utraque.

Hæc responso cum diversâ sit itab illa Aristi jam allata, nec etiam indiget diversâ impugnatione; cum autem addit manifestè patere gravitatem, & levitatem, raritatem, & densitatem ex calore, & frigore non provenire, quia aliàs aqua, quæ est summè frigida, deberet esse gravior, & densior terra, quod est falsum, cum sine dubio terra sit gravior ipsa; dicimus in primis hoc non esse adeo indubitatum, quin oppositum defendatur à multis ut probabile, aquam nimirum posse aerem disponere, ut ex eo generetur aqua, quamvis enim de humiditate id concedendum sit, planè de fecitate piculum foret in philosophia hoc admittere.

fic pariter densitas non sequitur ad solum frigus, sed ad frigus cum siccitate permixtum, quam mixtionem habet terra per ceteris elementis; ideoque terra gravior est, ac densior ceteris elementis; Hic tamen advertas responsum Pontii adhuc deteriori esse solutione Aretii; Aretius namque non absolute negavit calorem esse causam raritatis, & levitatis, frigiditatemque densitatis, & gravitatis, sed dicebat veritatem solum ceteris paribus; ad Pontium id absolute negat nullam posse assignari causam eorum, uti tenebatur; dixisset saltem producta per aliam viam, ut in responso ad precedens argumentum argute dicebat.

Ad 3. rationem de melle, & oleo, que sunt mixta aerea, & calida in pradominio, ergo & aer; Respondet rursus cum Aretio non satis consistere an oleum, & mel sint aereae naturae, nam ut bene Aretius id solum colligitur ex eo quod supernatent aquae, at ex hoc non debet potius id colligi, quam quod sint terrae, aut aquae naturae, ex eo, quod per aera descendunt, nec ad hoc responderunt Adversarii; Respondit secundo dando gratis oleum esse aereae naturae, & negando tamen, quod calor formalis in eo pradominetur, neque enim ad sensum id constat, neque ratione potest probari; nec refert, quod sit calidae naturae, quia hoc non debet intelligi de calore formali, sed de virtuali; et ex autem quod talis dominetur in ipso, non sequitur, neque quod sit aereae naturae, quia multa sunt sic virtualiter calida, quae non sunt aereae naturae, ut patet de vino, pipere, & multis aliis, neque quod aer sit formaliter calidus; sed potius inde deduci debet, quod esset virtualiter calidus, quod nemo asserit de ipso, quae etiam secunda responsio integra est Aretii.

Hae quoque responsio cum sit ipsissima Aretii non alia egeret impugnatione, quam superius allata; & sane mirum est cur Pontius ad illas rationes nostras, quae ex integro ferre responsiones Aretii, nec veritas faciat de impugnationibus nostris, quibus utique occurrere tenebatur; dicimus itaque ut supra, negandum non esse, quod oleus sit aereae naturae, cum id Arist. doceret expresse 4. Meteor. c. 3. dum inquit quod quia plenum est aere, ideo aqua supernat, & Plutarchum de primo frigido, Quod de reliquis humoribus maxime pellucidum est oleum, quia plurimum in se habet aeris; Et instantia ex Aretio, quod est contra colligi potest, quod esset terrae, aut aquae naturae, ex eo quod per aera descendat, parum urget, ut enim colligeretur sufficienter oleum esse terrae naturae, non solum in aere debere descendere, sed etiam in aqua, & ut colligeretur sufficienter esse aereae naturae, non debet aquae supernatate, sed profus cum ipsa commiscere, quod omnes ejus partes, ex eo colligitur quod supernatae aquae probabilis colligitur, quod sit aereae naturae, quam terrae, vel aquae, & haec est causa, cur hanc instantiam supra sine responsione praetermissimus, quia nihil probabat. Cum autem dicimus oleum esse calidae naturae in pradominio, ex hoc ipso verbo satis clare colligitur nos loqui de calore virtuali, ex quo postea deducimus aera esse calidum formaliter, quia aer in ipso pradominatur virtualiter, & cum haec deductio negatur, quia multa alia sunt sic virtualiter calida, quae non sunt aereae naturae, ut patet de vino, pipere &c. dicendum haec, & alia hujusmodi virtualiter oleo calidiora, quamvis concederetur non esse naturae aereae, non tamen hinc sequi, quod sit natura terrae, vel aquae, ut ait Aretius, sed potius dici debent naturae igneae; & quod in ipsis pradominetur elementum ignis.

Ad 4. rationem, primo fingit eam non intelligere, nec capere quomodo concludat, nam ex hoc, quod quaelibet qualitas non nisi alteram habeat per se directe contrariam, ut calor frigus, & de contra, humiditas siccitas, & de contra, non bene deducitur, quod aer non sit frigidus; nam hoc esse verum, quamvis aer, & aqua, & terra, & quocumque praeter ea est in mundo essent frigida, ac solus ignis calidus. Nequam furdus est, qui audire recusat, ait adagium, sane Pontius hic noluit intelligere, ut bene ageret; vis enim argumenti, cui legenti consistit, in hoc consistit, seu in hac paritate, quod sicut natura cuiuscumque qualitatibus elementari unam tantum dedit per se, & directe contrariam, non autem plures, ut vires hinc inde essent aequilibratae, nisi plures haberet flatum extingueretur, ita pariter sic elementa distribuit, ut duo sint calida, duo frigida, duo humida, & duo sicca, atque ideo aer non est frigidus, tunc enim calor ignis oppugnat simul id frigare terrae, aquae, & aeris, cumque calor sit minimae resistit, flatum deliceretur a tot contrariis, quae sane probatio vultur consequente etiam quantumvis obtuso manifestat, quid argumentum praetendat, & quomodo concludat, esse Pontius vim ejus penetrare diffimulat.

Attamen argumentum melius considerato sub num. 127. vim ejus penetrasse demonstrat dicens; fortassis voluit dicere, quod quaelibet qualitas elementaris sit ita distributa per elementa, ut non habeat sibi qualitatem oppositam in pluribus, quam in duobus elementis, quia si esset in tribus non posset resistere; Ita plane volumus dicere, & ita ab initio poterat intelligere sine tot diceris, & nungis, quae sunt frigidiores ipsa frigiditate, quam aeri attribuit. Nunc videamus quid respondet; hoc dato (inquit) adhuc non habetur intentum, quod aer sit frigidus, quia terra in mea sententia est ex se calida, cuius oppositum incumbit Adversariis probare; sed praestabat dicere terrae esse calidam in sententia Arriagae, cui infra occurrimus in fine art. quam appellare suam, quasi id fuerit sum inventum; oppositum itaque probavimus supra, eiusque solutiones reiciimus infra.

Deinde inquit, quamvis terra, aqua, & aer essent frigida, sane necesse non esset, ut ignis extingueretur citius, quam de facto; est propterea citius extingueretur, quando omnes simul applicarentur,

nihil hoc esset inconvenientia; Ex hac responsione satis constat Pontium non percipisse argumentum, quamvis sibi videretur postea illud percipisse; putat enim nos per ignem hic accipere aliquam particulam ignis quem apud nos habemus, qui regulariter non extinguitur per applicationem ceterorum elementorum simul; at argumentum loquitur de elemento ignis, & concludit quod cito extingueretur ejus calor, si alia tria elementa essent frigida, quia haec tria elementa sunt invicem connexa, & totum elementarem hunc mundum occupant, quare essent veluti simul applicata ad destructionem caloris ignis; unde cum frigus ex hypothese improportionabiliter excederet calorem, & calor ex alia parte sit minimae resistit, plane deliceretur a contrario tam valido, unde patet, non quidem hoc argumentum, quod passim a Peripateticis adducitur, ex omni parte deficere, ut concludit Pontius, sed ejus insulas responsiones.

Ad 6. respondet primo negando sequelam, quia cum ignis sit majoris activitatis ad producendum calorem in aere, & diminuendum ejus frigus, ex hoc capite posset provenire, si aliunde non consistere contrarium, quod aer non posset per frigus extingueri ignem. Sed hoc parum valet, quia est calor ignis sit majoris activitatis, quam frigus, tamen est minoris resistit, unde constat, ignem citius extingui ab aqua, quam haec ab eo calefacti non obstante ejus majori activitate; tum quia haec eadem ratione possemus contra experientiam negare ignem ab aqua extingui, quia ignis est majoris activitatis ad producendum calorem in aqua, & diminuendum ejus frigus.

Respondet secundo concedendo sequelam, & negando minorem, nam sane apparet, quod ab aere etiam extinguitur, seu corrumpitur, neque enim alia causa corruptiva flammam ascendentes assignari potest, nisi recurrendo ad causas superiores. Neque haec solutio satisficit, nam flamma ascendens extinguitur in aere, non quidem ob aeris frigiditatem, quia ita cito quoque extingui deberet ignis, carbobo aeri frigido expositus, quod non apparet, sed extinguitur ob defectum pabuli, ignis namque resolvitur in combustibilibus, continuo quondam fumum subtilem sibi pro pabulo inservientem, unde quanto magis flamma a lignis recedit, tanto magis deficit ei pabulum, ob cuius defectum extinguitur; vel si concedatur flammam interdum ab aere frigiditate extingui, ut contingit in hyeme, haec non est censenda frigiditate aeri naturalis, sed extranea, & adventitia.

Respondet tertio, quod si non constat, ignem extingui ab aere, dici debet id provenire ex defectu humiditatis, non frigiditatis; nec verum est, quod aqua semper principaliter extinguit ignem per frigus, ut male dicunt Adversarii, nam quando est calidissima extinguit ignem, & licet tunc retinetur aliquem gradum frigoris (quod tamen videtur contra experientiam, & sine ulla necessitate dictum) tamen ille unus gradus non posset sufficere, tanquam principium principale defruendi ignem, cum per illum non posset, nisi unicum similem gradum caloris detraxe, ut manifestum est. Haec solutio deterior est aliis, quia aer juxta communissimum ponitur humidus, non siccus, unde rationaliter dici nequit, quod ignem non extinguit defectu humiditatis; Neque male diximus ignem principaliter extingui ab aqua per frigiditatem, quam per humiditatem, quia ex dictis supra quod 4. primae qualitates ita se habent in activitate, quod unaquaeque est per se, & directe activa in suam contrariam; pugna namque inter contraria versatur, in aliam vero non contrariam, non agit per se, & directe, sed indirecte tantum, & per accidens; unde in proposito cum aqua ignem extinguit, humiditas aquae per se solum destruit siccitatem ignis, quia haec est qualitas ei opposita, non vero calorem, nisi concomitante, unde remanet, quod frigus semper concurrat principaliter ad destructionem caloris in igne. Et quantumcumque aqua sit calida semper opus est manere aliquem frigiditatis gradum, qui cum humiditate concurrat ad extinctionem ignis; Neque hoc est contra experientiam, & sine ulla necessitate dictum, nam experientia constat, aquam nunquam esse calidam aequae ignem, ergo remanet in ea aliquis gradus frigoris, ut expleta sit latitudo graduum, ut ostendit, quia forma aquae determinat sibi qualitates suas naturales in aliquo certo gradum pro sui conservatione, ut Doctor late demonstrat 4. d. 12. qu. 2. & gradus frigoris hujusmodi posset principaliter concurrere cum humiditate ad extinctionem caloris ignis, quatenus ipse directe, & per se pugnet cum calore; imo posset etiam probabiliter dici unum gradum frigoris plures extingueret gradus caloris, quia calor est minimae resistit. Et quod aqua non extinguit ignem principaliter per humiditatem, ex eo patet, quod tarde extingueretur, cum humiditas sit lentae actionis.

Ad 6. de causa putredinis respondet primo, aeraem ex se, ut est in statu naturali suo, quod debet esse frigidus, non disponere ad corruptionem, sed hoc facere quando per causas extrinsecas calefacti. Haec responsio est omnino voluntaria, nam in argumento probatur aeraem ex sui natura disponere ad corruptionem auctoritate Aristot. ad quam hic Auctor nihil respondet, & ad quae recedere non datur, nisi urgenti ratione, quam ipse non assignat, unde cum nullam asserat rationem, praerfat Aristotelem credere quam Pontio? Respondet secundum, si aeraem ex se disponeret ad putredinem, hoc non oriri ex calore ejus, sed ex alia influentia occulta. Sed facile quidem foret omnia argumenta, sic solvere recurrendo ad influentias occultas, ad quas dicunt Philofophi recurrerendum non esse, nisi urgenti de causa, quam Pontius non adducit, nam absque illo fundamento negat calorem putredinis causam, cum tamen Philofophi ferre omnes id concedant.

Ad

Ad ultimum de aere in hyeme ad subteranea ob calorem innatum congerente, respondet per principium, dum supponitur calor esse innatus aeri, neque id probatur ex eo, quod aer sit in illis locis calidus, nam sic posset esse per adventitium calorem causatum ab exhalationibus sibi reclusis. Hic non petimus principium, nam id sufficienter probatur ex eo quod aer in puteis, & cisternis sit in hyeme calidus, & aquam ibi conservet calidam; non enim ad hoc sufficienter exhalationes calidae, quae sibi concedimus, cum enim aqua sit ex sua natura frigida, & in hyemali tempore ambiens fit undique frigidum, sane si aer quoque esset natura sua frigidus, talis quoque sentiretur in locis subterraneis, & aer, & aqua; non enim probabile videtur solas exhalationes illas posse in eis locis tantam copiam aeris, & aquae calefacere, & calidas servare; tum quia in hyemali tempore id nequit Sol facere in aere, & aqua, quae suis radiis attingit, ergo tanto minus id facere poterunt exhalatione in locis subterraneis, quae non habent tantam calefaciendi virtutem, quantum habet Sol.

Hae sunt rationes, quas proferunt Peripatetici pro calore aeris contra Stoicos, quas immerito appellat Pontius inutiles, & tedium lectoribus asserentes, quamvis enim sint demonstratae, longe tamen illis probabilioris sunt, & pro alia sententia adducuntur, nec est verisimile rationes alunt Lectoribus, & praerferunt Pontio tantum tedium attulisse, quandoquidem non multum fadoras absterit pro inveniendis responsionibus (esto insipientibus) illas sibi suppositas Aretio.

Sed non sator hic Auctor Aristotelem pro Aretio deferuisse circa calorem aeris, voluit etiam eundem deferere pro Arriaga circa terrae frigiditatem; itaque loc. cit. n. 120. asserit terram esse calidam, & solvere conatur rationes a nobis supra adductas pro ejus frigiditate.

Ad primam, quod in visceribus terrae, & cavernis, quod solaris calor non pervenit, sit frigidissima; Respondet, frigus illud provenire ab aere, & exhalationibus frigidis eo detruis. Sed hoc est voluntarie dictum non probatum, si enim terra est de se calida, quomodo in cavernis terrae modicus aer, ac etiam exhalationes illae possunt calidum esse adeo immane frigus? sane terra in subterraneis locis improportionabiliter aeraem excedit in copia, & magnitudine, & undique est applicata ad agendum; ergo virtus sua tandem superaret actionem aeris, & exhalationem infrigidantium, & sic non vigeret ibi perpetuo illud immane frigus, quod tamen est contra experientiam. Deinde in argumento dicitur frigus non solum vigeret in cavernis terrae, ubi aer adest, sed etiam in visceribus ejus, ubi non est aer; si enim terra solidatur in imis partibus inter se confilipatis, etiam ibi sentiret frigiditate talem; ergo qualitatem habebit ejus natura, non ab extrinseco.

Ad 2. quia videmus lapides, & metalla, quae sunt corpora valde terrena, frigiditate vigeret, ergo & terra. Negat consequentiam, sicut enim alia corpora terrena, quae non vident frigiditate, sed calore, non propterea desunt esse terrena; ita haec possunt esse talia, quamvis vigeat in ipsis frigus, quod non est qualitas propria terrae; nec dicuntur terrena ex convenientia majori, quam habeant cum terra in qualitatibus primis, quam cum aliis elementis, sed ex convenientia majori, quam habent cum ipsa in gravitate, & duritie. Si huic responsioni calorem aliquem veritatis asserere volebat Pontius, enumerare debet corpora terrena, quae calore vigeant, si enim sunt vere terrena, adeo ut in eis pradominetur terrae elementum, erunt frigida, non calida; & si corpora terrena dicuntur talia ex majori convenientia, quam habent cum terra in gravitate, & densitate, sane quoque habebunt convenientiam in frigore, quod si non est praecisa, fiet semper praecipua causa gravitatis, & densitatis; ut enim corpus aliquod sit grave habere debet partes invicem addentatas, & confilipatas, & densitate ex frigore oritur; quandoquidem ad oculum videmus aquam naturam sua vagam, & fluidam frigore confilipari, & condensari.

Ad 3. rationem, quia terra est gravis, & densa, quod a frigore provenit. Negat gravitatem, & densitatem a frigore semper provenire, aut cum ipso habere connexionem naturalem. Ut ostenderet hujus quoque solutionis probabiliter innuere debet corpora gravis, & densa, quae frigus non participant, sicut nos enumeravimus illa, quae frigus participant, ut lapides, & metalla; gravitatem, & densitatem a frigore provenire, ut est causa praecipua, in praecisa, & densitatem Auctores etiam extra Peripatum, de quo videatur Thallonius lib. 1. cap. 3. & lib. 4. c. 1.

ARTICULUS II.

Determinatur intensio qualitatum in singulis elementis.

IN hujus articuli resolutione admodum perplexum procedunt Auctores, ut ferre nil certi asserere possimus, quapropter ea dumtaxat, quae aliqua naturae ratione asseremus, caetera vero in loca probabilitate relinquimus.

76 Dicimus itaque Primo, aliquam qualitatem singulis elementis convenire in summo, scilicet calorem igni, humiditatem aeri, frigiditatem aquae, & siccitatem terrae. Conclusio colligitur ex Arist. 2. de gen. 23. & est ab omnibus recepta paucis quibusdam exceptis, & probatur quoad singulas partes, & Primo, quod aliqua qualitas conveniat eis in summo, probatur experientia, nam remotis contrariis videmus elementa singula reducere se ad aliquam qualitatem in summo,

ergo illa convenit ipsis; tum quia unaquaeque qualitas primarium debet habere in aliquo subiecto omnem perfectionem sibi naturaliter debitam, cum ergo tale subiectum nequeat esse mixtum, ubi sunt qualitates contemperate, erit aliquod elementum. Secundo, quod talis sit calor in igne, etiam experientia constat, quia nullum aliud extat tubularae corpus adeo calidum, & actuosum, sicut ignis.

Tertio, quod talis humiditas in aere constat ex humiditatis definitione, nam aer est facilitate terminabilis alieno termino, nec aliquem terminum proprium retinere potest, tum quia proprius effectus humiditatis est subiectum reddere fluidum, & facile labile, sed aer fluidior est ceteris elementis, cum andesquaque labatur, feseque infuset in tenuissimos etiam poros, in quos aqua se intrudere nequit. Quarto, quod talis sit frigiditas in aqua, etiam experimento comprobatur, quia nullum elementum adeo frigidum sentitur, sicut aqua; & ipsa terra, quae etiam frigida censetur, adhuc frigidior apparet, cum aqua respicitur, & imbuitur. Demum, quod talis sit siccitas in terra, patet, tum ex definitione siccitatis, quae maxime praer omnibus elementis adaptatur terrae, tum ex Sacra Scriptura, quae hac ratione eam vocat aridam, tum ex effectu, quia deficiente aqua, rimas aperit, & in pulverem dissolvitur.

77 Contra haec conclusio solet obici Primo, quod aer non sit humidus in summo, sed potius aqua, & praecipuum fundamentum adsumitur ab effectu, quia ut experientia constat, aqua magis humedat quam aer, adeo quod humedat etiam ipsum aerem, ut patet tempore pluviae. Et quia communiter responderetur id esse ob intensiorem humiditatem in aqua, sed propter majorem densitatem, quae fortificat actionem, ut hic inquit Tat. quae ratione etiam ferrum candens magis calefacit, quam ignis, & tamen majorem non habet calorem. Hanc solutionem multipliciter impugnat Arriag. cit. tum quia licet densitas juvet ad agendum, tamen nequit esse causa tanti excessus, ut aqua valde humedat, & nihil, vel ferre nihil aer; tum 2. nam ignis est minus densus, quam aer, & tamen magis calefacit, quam aer in nostra sententia calidus; tum 3. terra est multo densior aqua, & tamen non tantum frigeat, quam aqua, ergo facit esse humidior aqua, quam vis non esset tam densus, adhuc debet multo magis humedatorem, quia est aer sit rarus, nihilominus si in eam aliquam habeat qualitatem, illam producit in passo satis intensam, v. gr. frigus, quando in hyeme illud habet, ergo si haberet humorem in summo non obstante raritate adhuc deberet summum humedare, vel maxime quia haec deinde ulterius arguit, quia aer minus humidus convertitur in aquam, ut constat experientia, ergo humor in summo non est proprius aeris, sed aquae, & addit nos tenere sententiam, cuius nullum habemus experientiam, vel rationem, ac denique confirmat suam asserunt ex Sacra Scriptura Job. 12. Si convenerit Deus aquas, omnia siccaverunt, ergo aqua est fons omnis humiditatis.

2. tandem Compl. quoque disp. 10. de element. qu. 4. probant aquam esse humidior em aere, quia humiditas aquae est conjuncta cum frigiditate, humiditas vero aeris cum caliditate, at frigiditas est aptior dispositio ad humiditatem, quam caliditas, quia frigiditas juvat ad tenaciorem adhesionem humiditatis, & contra vero caliditas facit evaporare humiditatem. Coni. nam aequalibus major convenit humiditas, quam volatilitas, at his pradominatur aer, illis aqua, & tandem cum pices sint maxime phlegmatici, & phlegma fit inter omnes humores viventes humidissimum, signum est aquam esse humidissimam; & tandem addi potest, quod difficilissimum aquam aquae remittitur, quae aereis.

78 Respond. totam hanc concertationem procedere ex varia acceptione humiditatis, vel enim accipimus humiditatem ad sensum vulgi, apud quod illud dicitur humidum, quod irrigat, & madefacit corpora eis adherentem ratione humiditatis aequae, & vaporis, quod crassum est, & aliquod viscositatis habens ob facilem adherentiam; vel ad sensum Philofoforum, apud quos illud sonat humidum, quod est de se fluidum, nec propriis terminis contineri potest, sic tamen terminatur alienis, ut superius cum Arist. definitum est; si in primo sensu de humiditate sit sermo, quis non videret aquam esse humidior em aere? at si spectetur in secundo sensu, caecos esse, qui non vident aeraem esse aqua longe humidior em; effectus humiditatis proprii dicitur esse reddere subiectum, cui inest, fluxile, & labile, effectus humiditatis vulgariter acceptae est etiam irrigare, & madefacere corpora, circa quae funditur res humida, quia talis humiditas est vaporosa. Quicquid ergo sit de responsione illa communi ad principale argumentum, quam non bene impugnat Arriag. arguens ex proportionem caloris, & frigoris in subiecto communi in raritate, vel densitate; Nam calor, & frigus sunt qualitates adeo activae, ut quantumvis rara sit earum materia, nunquam eorum activitatem omnino extinguit, at siccitas, & humiditas est contra tum qualitates in agendo adeo imbecilles, ut nisi adjuventur densitate materiae, parum, vel nihil agant. Quicquid ergo sit de illa solutione dicendum est, illud primum argumentum concludere aquam esse humidior em aere humiditate communiter dicta iuxta sensum vulgi, non vero humiditate proprii dicta, nam sic aer adhuc humidior est aere, & cum ibidem addebat, aquam interdum humedare aerem, pariter verum est loquendo de humiditate sumpta pro madefactione, quatenus appropinquat illi aequos vapores, quibus imbutus apparet udus, & madidus; saltem tamen est loquendo de humedatione proprie dicta, quia non magis reddit illud habilem ad alienum terminum capiendum, imo minus, quia vaporibus illis crassecit, & condensatur. Ad aliam rationem ab Arriag. adductam occurrit ex eodem fundamento, tunc enim aer convertitur in aquam, cum multum imbibit de humido vaporoso, quod est proprium humiditatis aequae; saltem est etiam

nos

nos non habere pro nostra sententia rationem, & experientiam, quia si femel admittatur humidum esse, quod aliud termino facile terminaretur, difficile proprio, jam constat & ratione, & experientia aerem esse aqua humidiorum; ad auctoritatem Sacrae Scripturae iam diximus nu. 69.

Ad rationem Complur. dicimus frigiditatem utique esse aptiorem dispositionem ad humiditatem communiter dictam, scilicet vaporatam, qualis est aqua, quia aliquo modo confringit illum humorem, ne ita distillat, & juvat eius adhærentiam, quod non facit calor, sic etiam calor evaporare dicitur humiditatem, non quamlibet, sed vaporatam, qualis est aqua, æque idem existens in aere nihil de ejus humiditate evaporat, quia non est vaporosa, ac etiam quia nec calor, nec frigus agunt in proprio subiecto contra humiditatem. Ex quo etiam patet ad Conf. pisces enim petunt majorem humiditatem vaporatam, quam aves, & phlegma in eodem sensu dicitur cæteris humoribus humidius; & in hoc denique sensu explicari debent, ac intelligi Medici, ac etiam Aristot. cum interdum dicunt aquam esse humidiorum aere, loquuntur enim de humiditate vaporata, & mædiativa, quæ sola à vulgo pro humiditate agnoscitur, & recipitur, licet re vera vaporositas illa, & adhærentia non sit de ratione humiditatis, ut sic, metalla namque liquefacta, & fulva sunt humidiora, nec tamen hæmætant corpus tangens, nec tangens hæmætescent; & ex hoc eodem fundamento plura alia argumenta dantur possunt, quæ in hac materia videntur, nimirum, quod corpora humore pinguiscent, quod Luna humidissimum planeta prædominatur aquæ, non aeri, & consimilia, hæc enim omnia concludunt de humore vaporoso, difficultatis autem remittitur humiditas aquæ, quam aeri, ob densitatem materię, in qua velut magis unita fortius se tueret, & validius contrario resistit.

79 Secundo obiicit, quod aqua non fit in summo frigida, sed potius terra, quia nix, & alia methæora glaciati nimio frigore, ergo si aqua esset in summo gradu frigida, natura sua glaciaret. Nec valet communis responsio, ait Arriag. aquam congelari propter exhalationes terreas, quæ in eodem concurrunt; nam glacies est levior, quam aqua, ideo supernat, ergo est purior quam aqua fluida, imò si in aqua fluida erant sparsuli pulvicoluli, cum primum congelatur, cadunt omnes infra, ergo non habet plus de terreis exhalationibus, alias deberet esse gravior, non ergo recurrit potest ad aliam causam congelationis, quam ad frigus. Tum 2. quia experimur aquam magis, & magis infundari, & nyem esse ipsa frigidiorum, & quidam fontes frigidissimi tenentur vulgo pro miraculo, quod autem juxta naturam est, miraculorum ceteri non debet. Tum 3. aqua est humidior, ergo nequit esse summè frigida, quia humiditas obtundit vim frigiditatis, & caloris, sicut contra siccitas utriusque vires acuit, unde cum in terra reperitur frigus cum siccitate conjunctum, inestibus erit in terra, quam in aqua. Tum 4. humiditas diffundit, remouet ab aqua, quam frigiditas, igitur videtur esse magis humidior, quam frigida. Tum 5. nam aliquoties infusa pisibus, qui eam habent ut propriam regionem, efficit inepia hominibus, ut eam biberent, & irrigationi plantarum, ad quam natura sua ordinatur. Tum 6. terra magis ab igne distat, & Coelo, elque corpus magis densum, grave, & immobile, quam aqua, ergo est frigidior aqua, quia hæc omnia à frigiditate proveniunt. Tum denum, aqua minus frigidificat, quam terra, nam loca maritima sunt mediterraneis calidiora, ergo, &c.

Respond. ad 1. negando adequatam congelationis causam esse frigus, nam experimur aquam in vitro, vel ære valde inclamam, & circumfusa nive quantumvis infrigidatam nunquam glaciari, concurrunt ergo ad congelationem etiam aliqua exsiccatio, siccitas enim juvat ad reddendum corpus solidum, & durum, unde nix ex falis asperione glaciatur; concurrunt etiam admixtio terrestrium exhalationum, quæ in quendam humorem & succum conversæ sunt veluti coagulam ad eam congelandam; & fallum est cum aqua fluida glaciatur, pulvicolus partos descendere; virtute enim frigus omnia concrefcunt, quæ ibi adveniunt, unde frigus dicitur ætherogenea congregare, & quidem in glacie nedum pulvicolu adveniunt concrecti, sed pisces, ligna, & integra luti frustula, & dum descendit ac in rimas abit, interdum evaporare videtur, signum evidens nonnullas exhalationes esse in eo reclusas; idè autem aquæ supernat, quia permixtum habet etiam vaporem aereum, qui in aqua illam attollit, ut dicitur est in Methæor. Angelit. tamen lib. citat. pag. 43. pro causa adequatæ congelationis assignat influentiam cœlestem nitam confringere, & halitum leve commiscere. Ad 2. aqua circa nos posita est valde impura, multique exhalationibus permixta, si autem poneretur in suo flatu naturali, non posset frigeri, nec nix esset ea frigidior; & eadem ratione fontes frigidissimi, in quibus aqua multum habet suæ puritatis, habetur loco miraculi, quia non experimur aquas, nisi mixtas. Ad 3. humiditas non obtundit vis caloris, & frigiditatis secundum propriam entitatem, ac intentionem, sed solum in ordine ad actum secundum calefactionem, vel infrigidandam, & idè potest esse intensum frigus, tam cum humiditate, quam cum siccitate. Ad 4. facilis remouetur ab aqua frigus, quam humiditas, non quia in ipsa remissus, sed quia est minoris resistentiæ, quam fit humiditas, licet fit majoris activitatis. Ad 5. aqua marina & saldestine, & cœlesti calore temperatur, quantum sufficit ad pisces alendos, & sic etiam aqua dulcis apud nos, ut sine damno opotari possit, & ad irrigationem plantarum deservire, unde quidam fontes ex penitioribus terre lateribus erunt pentes, quod non perdit solaris calor, sunt nocti, & ad potationem prorsus idonei. Ad 6. negat conseq. nam ut advertimus artic. precedenti, elementa non habent qualitates eis

connaturales à Coelo, sed à propria forma: densitas, & immobilitas, ut notat Angelit. citat. non sequuntur ad solum frigus, sed ad frigus cum siccitate permixtum, quam mixtionem habet terra præ præter elementis; ac etiam sicut fumma levitas non sequitur simplicem calorem, sed junctum summæ raritati, & aliis qualitatibus, quæ in igne coadunantur, sic fumma gravitas non sequitur solum frigus, sed junctum cum fumma densitate, & aliis qualitatibus terræ convenientibus. Ad ultim. negat. assumptum, nam tactus ipse testatur, quod cæteris partibus aqua semper frigidior est terra, regiones autem maritimæ sunt mediterraneis calidiores, ego præsertim quia methæora frigida, ut nix, glacies, &c. diutius morantur in terra, quam in mari, & in finitimis regionibus, nam in terra ob ejus siccitatem diu servatur, sed in mari, & circa mare ab humido aqua citò dissolvuntur.

Tertio obiicit, quod terra non fit summè sicca, quia tunc non haberet partes continuas, nam ad continuamentum requiritur aliqua humiditas, & omne siccatum pulverizatur ex Aristot. 2. de gen. 49. Resp. Arist. ibi loqui de continuata mixtura, ut patet ex iplo contextu, in qua plura elementa debent concurrere, & non possent inveniri continuari sine aliquo humore, id tamen verum non est univèrsaliter de qualibet continuata; concedimus nihilominus terram in sua naturali dispositione ob summam ejus siccitatem non habere partes inter se bene compactas, & coherentes, sed potius esse corpus friatum, & comminatum; sed quia etiam habet frigiditatem excellentem, & frigidus est confringens, & coadunans, latendum est, ex hoc capite ejus partes habere aliquam cohesivitatem, & consistentiam. Dices ergo ignis quia nullum participat frigus erit corpus omnino friatum, & comminatum. Negatur conseq. quia licet nullum habeat admixtum frigus, tamen ex alio capite non habet siccitatem in summo; & quando eam haberet, adhuc non deberet cœteri omnino discontiguam, & in indivisibilia resolutam, sed solum esse corpus friatum magis, quam terra, & comminatum; unde bene ait Angelit. citat. quod alia est continuata, alia partium tenacitas, ad primam non requiritur humiditas, sed tantum ad secundam.

80 Dicimus secundò, nec aer esse in summo calidum, nec aquam in summo humidam ex Aristotele loc. cit. & probatur quoad utramque partem; quoad primam quidem, nam experientia docet aerem non esse ita calidum, sicut est ignis, quia non ita facile recipere frigus, imò difficilius, quam ignis, quia major densitas licet juvat ad agendum, ita ad resistendum, ergo facilis potest ære resistere, quam ignis, cum fit crassior, tum quia bonum univèrsi ita expulsi, nam si esset calidus in summo utique ad respirandum idoneus non esset. Altera pars probatur, quia magis est fluidus aer, quam aqua, ergo est magis humidus, tenetur conseq. quia ut nuper dicebamus, ex hac definitione propria est glacianda humiditas, non ex irrigatione, adsumptum experientia constat, quia aer etiam tenuissimos poros penetrat, tum quia aqua interdum propriis continetur terminis, ut cum in pulvere labitur, tunc enim globosus, & sphericum assumit figuram, non sic aer; & etiam cum gelatit, tunc enim quoque propriam retinet figuram, quod aeri nunquam contingit.

Contra hanc conclusionem obiicit Primò, quia si qualitates non debentur, cuiuscunque elemento in summo, male colligitur Aristotele. ex combinatione qualitatum distinctionem elementorum, & numerum; & quia combinationes possibiles qualitates accipiendo alteram in gradu remissio sunt, penè innumerabiles, atque ita infinita resistunt elementa, probatur assumptum, nam possumus v. gr. accipere calorem, ut odio, primò cum siccitate, ut septem, deinde cum siccitate ut fates, ut quatuor, & sic deinceps etiam procedendo per partes proportionales. Deinde arguit Mercen. cum symbolum elementum generatur ex symbolo, communis qualitas eadem manet in genito, quæ præfuit in corrupto ex Arif. de gen. 24. & lib. 2. 26. & altera tantum corruptum, generetur ergo aqua ex aere, tunc in materiam aeris opus est introducere, nisi frigiditatem, & cum hæc exigitur in summo à forma aquæ, & ex alia parte humiditas aeris, quæ eadem perseverat, sit fumma, jam in aqua genita simul erunt fumma frigiditas, & fumma humiditas. Tandem arguitur, & est præcipuum fundamentum tribuentium elementis ambas qualitates in summo, si aliqua qualitas alicui convenit elemento in gradu remisso, vel convenit ei sine admixtione contrarij, vel cum illa, neutrum dici potest, ergo, &c. prob. minor quoad primam partem, tum quia qualitas remissa habens contrarium non aliter remittitur, quam per admixtionem contrarij, s. Phyl. 1. 9. nec alius invenitur inter qualitates contrarias intentionis, & remissionis modus, tum quia potest aliquoties qualitas illa remitti utique ad summum in instanti, quia nulla erit resistentiæ ex parte passivi, cum hæc præfuit ex contrario attendatur, tum quia potest v. g. in aere introduci frigus absque eo, quod expellatur calor, quia frigus remissum stat cum remisso calore, quia ratione semel inductum non possit amplius aer illud à se excutere, & sic perpetuo maneret, in statu violento, & idem frigiditas, si etiam ab igne in aere induceretur unus gradus caloris supra excellentem ei connaturalem, nunquam enim possit aer illum gradum caloris à se expellere, cum non habet admixtum ullum gradum qualitatis oppositæ. Probatur eadem enim, quoad aliam partem, tum quia tunc quodlibet elementum haberet duas qualitates contrarias invicem contemperata, quod est proprium mixtorum, & directè pugnat cum constitutione simplicis elementi, quod quæ tale, nullam pugnam in se admittit mixtionem ex contrariis; tum quia vel ambo hæc duo contraria remissa essent à forma elementi, vel alterum ab extrinseco, non primum, quia tunc ut

simplex

simplex natura esse emanatæ duarum contrariorum qualitatum, ut caloris & frigiditatis, neque secundum quia tunc male diceretur elementum tale esse ex natura sua, quia quod convenit alicui ab extrinseco, non competit ei ex propria natura; & insuper ponatur casus, Deum producere terram cum omnibus suis qualitatibus, quæ naturaliter à forma terræ dimanant, habebit ne terra aliquid humiditatis? si affirmes, percontatur à quo cum nullum fit agens extrinsecum, quod illam communicet, neque videtur, quia necessitate Deus debeat illam producere.

81 Resp. ad 1. neg. conseq. quia Arist. colligens distinctionem, & numerum elementorum ex combinatione qualitatum inillas partitus est per gradus intensos, & excellentes, non autem per remissos, & nos in presenti cum dicimus aerem non esse in summo calidum, nec aquam humidam, non idcirco esse adhibebimus prædictas qualitates in gradu remisso, sed in excellenti, & proprio summo; & excedit nos alibi dist. rationem illam Arist. non esse necessariam, sed dumtaxat probabilem. Ad 2. fallum est illud assumptum, ut constat ex disp. 6. & quando etiam admittitur, nihil concluderet, tunc enim dicendum esset cum Averr. 2. de gen. com. 29. quod dum ex aere generatur aqua, tunc eadem numero manet humiditas in aqua, quæ præfuit in aere, at non in eodem gradu, quæ erit in aere, sed remittitur, quantum sufficit pro aquæ constitutione. Ad 3. divisi sunt Audores in eus solutione Comb. 2. de gen. c. 3. qu. 5. art. 4. cum Marfil. in hoc loco concedunt qualibet excellentem elemento convenientem impleri usque ad totam latitudinem, ut odore per admixtionem contrariæ qualitatis, & idem tenet Zab. cit. sed 2. impugnationem illatam contra hanc partem non solvant, imò nec adducunt, & sanè nobis videtur ratio satis efficax, ob quam libenter ad aliam declinamus partem cum Saxon. qu. 2. huius libri Alex. 1. Methæor. com. 1. 3. Zimar. theor. 18. Compl. cit. qu. 3. Tolet. 2. de gen. q. 6. Ruv. c. 3. q. 18. Arriag. & alius, qui tamen non præfata ratione oppositam impugnant partem, sed aliis minoris momenti, & facile solubilibus; & in hac parte, quam eligimus, non magnum videmus difficultatem, cur enim licet lumen minus potest produci à lumine minori sine admixtione contrarij, non potest ab aliqua forma elementari proficere calor minus intensus quam ab alia, qui sit ideo remissus præcisè, quia habet pauciores virtutes itaque dicere elementum naturale non habere latitudinem odori gradum ad qualitatem, quam possit produci in summo, & hoc quia est ita naturæ, & sic cessant omnes instantiæ factæ, quia non opus est quærrere, per quid impletur latitudo remanens usque ad octavam gradum, quia negamus ullam talem remanere latitudinem; si vero placeat concedere talem latitudinem, tunc negandum est opus esse, quod talis fit tempera usque ad octavam, & absolute concedendum posse dari qualitatem remissam sine admixtione contrarij; Et ad Arist. a. Phyl. dicimus ipsum locum calidum, quo qualitates habens contrarium per actionem contrarij remittitur alteri, ut in proposito, ubi qualitas elementaris idè remittitur, quia in tali gradu dimanant sua forma, nec potest produci in intensiori, concedi etiam potest iterationem in eo casu fieri in instanti, neque hinc sequitur, ut aliqui urgent, corruptionem illius elementi, & generationem alterius in instanti futuram, quia præter illam qualitatem habet aliam in summo successivè expellendam; ac etiam negari potest fieri illam alterationem in instanti, licet enim in aere v. g. non fit qualitas summo calori per se, & directè resistens, ad tamen humiditas, quæ indirectè resistit, quatenus repugnat cum summo calore in aere; concedendum autem est, in eo sensu posse aliquem gradum frigus in aere recipi sine expulsiōne caloris, non tamen illi perpetuò retinere virtutes, quia est in minori latitudo non fit exacta usque ad octavam gradum, non tamen in aere petit naturaliter expleri nec per similem, nec per oppositam qualitatem, imò tali complemento renitur ipsa aeris naturæ, quia natura etiam à se depelleret gradum caloris, qui superaret excellentem, & sua virtute le reduceret ad nativam suam intentionem.

82 Dicimus 3. potest probabiliter sustineri ignem summè siccatum esse, & terram summè frigidam, ac etiam oppositum, scilicet ignem esse dumtaxat siccatum propè luumum, & terram eodem modo frigidam; & hoc quia pro neutra parte videtur ratio cogens; prima enim pars solet probari, quia ignis est maxime calidus, ergo etiam maxime siccat, aliquoties potest magis exsiccare, & consequenter rarefieri, tum quia videmus ignem omnem absumere humiditatem, ut patet in cineribus, tum quia ignis non potest in se convertere terram, nam major fecit à minori operari non potest; Terra etiam erit fumme frigida propter ejus maximam gravitatem, & densitatem, quæ proveniunt ex frigore: tum quia in æstate maximum viget frigus in specibus, & locis subterraneis. Altera quoque pars probatur, tum quia diversæ formæ speciei non videntur populare pro dispositione eandem qualitatem, & in eodem gradu, ergo si aqua est summè frigida, talis nequit esse terra, & si terra est summè sicca, talis non erit ignis; tum quia in unoquoque genere debet assignari unum primum, & maximum, quod fit caput, & origo illius generis, ergo in genere frigiditatis, & siccitatis nequeunt esse duo in summo frigida, & sicca, tum quia si ambe qualitates alicui elemento convenirent in summo, non possit assignari, quænam sit primaria, & ei magis propria; tum tandem quia super refrigerat aqua, quam terra; ita probat Ruvius hanc partem.

Sed si hæc rationes pro neutra parte concludunt; non quidem pro prima parte quia bene potest stare summus calor cum eccellente siccitate; sicut minor calor stat in aere cum fumma humiditate, & negatur ignem posse magis defecari, quam modò fit, id enim repugnat

suæ naturæ, & formæ substantiali, & quod etiam posset exsiccare, non sequitur posse magis rarefieri, quia raritas sequitur ad calorem, non ad siccitatem; & ignis omnem absumit humiditatem non tantum actione siccitatis, sed etiam caloris, cuius vi partes humiditas extenuat, & in halitus resolvit, & cum terram in se convertit, pugna non fit inter qualitates symbolas, sed inter dissimulas, & calor frigus superat, quomodo etiam ex maxima gravitate, & densitate terræ non necessario deducatur fumma frigiditas superius patuit; sentitur autem in æstate frigus in subterraneis specibus magis etiam, quam in profundo maris, quia facilis penetrat Sol profunditatem maris, quam terræ, sed fit in illis specibus effluat aqua, hæc longè frigidior apparet, quam terra. At nec etiam rationes pro altera parte sunt necellariæ; non prima, quia licet una qualitas esset consimilis etiam in gradibus in ambobus elementis, adesse tamen alia qualitas opposita pro peculiari dispositione; nec secunda, nam dummodò fit una prima siccitas, & una prima frigiditas, parum refert, quod fit in diversis subiectis plurifacita, sicut de albedine, & nigredine nullo inconvenciens foret, quod plura subiecta specie distincta sint fumme alba, vel fumme nigra; nec tertia, quia æque passiones entis conveniunt illi, & tamen unitas dicitur ejus passio primaria, & magis proxima, quam veritas, & bonitas; nec denique quarta; nam aqua plus refrigerat, quia cum fit subtilior terra, facilis penetrat, & adhærescit, sicut etiam eadem de causa fortius sentitur calor in aqua calefacta, quam in terra.

Solum potest urgere pro hac parte auctoritas Aristot. 2. de gen. 33. ubi ait, sed tamen simpliciter quatuor existentis, unius unumquodque est terra enim sicca magis, quam frigiditas, terra autem magis calida, quam sicca. Sed etiam pro alia parte extat auctoritas ejusdem ibi text. 23. ubi fit loquitur, extrema quidem, & sicca ignis, & terra, media autem, & mixta magis aqua, & aer. Verum nec una, nec altera convincit, non prima, nam ibi Arist. non loquitur de intentione illarum qualitatum, sed per appropriationem quandam, secundum quam una qualitas evidentiùs videtur uni elemento convenire, quam altera; hinc non dicit terram esse magis siccatam, quam frigidam, sed magis sicca, quam frigida, id est habere quandam alinitatem magis cum siccitate, quam cum frigiditate: altera etiam auctoritas non convincit, nam loquitur ibi Arist. de elementis, prout modò exiit, quo sensu verum est extrema purior esse media.

QUÆSTIO VII.

An qualitates symbolas elementorum, alteramque corporum sint ejusdem speciei.

83 Qualitates symbolæ dicuntur illæ, quæ eodem nomine nuncupantur, ut calor ignis, & calor aeris, humiditas aquæ, & humiditas aeris, frigus terræ, & frigus aquæ &c. & sub hoc quæsto comprehendimus etiam consimiles qualitates aliorum corporum, scilicet calorem vitalem, ac etiam cœlestem, qui nimirum à cœlestibus corporibus in hac inferiora imprimunt, vel potius diffundunt, & fingunt istiusmodi qualitates sint ejusdem, vel potius diversæ speciei. Prima opinio distinguit ipsas species, & aliquid ut Alex. Simpl. & Averr. apud Zimarum in tabula, verbo frigiditas universaliter loquuntur tam de qualitatibus elementorum, quam mixtorum; alii vero loquuntur in specie de calore vitali, seu animali, eumque distinguunt ab elementari, ut Fernel. 4. Phylolog. c. 3. Suel. 1. Meth. c. 35. Dand. lib. 1. de animat. corp. temperamento c. 12. Picus Mirand. 1. adversus Astrolog. c. 3. & alii. Altera sententia, quæ est communis, affirmat universaliter qualitates omnes symbolas in quibuscunque corporibus esse ejusdem speciei specialissimæ, ita Zab. lib. 2. de qualitatibus elemen. Achill. lib. 3. de element. dub. 10. Contar. to. 2. q. Peripat. q. de primis qualitatibus. Tolet. 2. de gen. q. 7. Comb. lib. c. 3. qu. 6. Marfil. q. 4. Saxon. q. 5. Ruv. q. 10. Arif. q. 12. Hart. disp. 6. sect. 6. Arriag. disp. 4. sect. 3. Averr. q. 42. sect. 9. & alii passim. Nec tandem deservunt, qui utramque opinionem tutari sunt ut probabilem, ut Angelit. lib. 2. cap. 43. s. primum dubium, licet secundam fateatur probabilior.

84 Dicendum est cum communi omnes symbolas qualitates, ac in quibuscunque corporibus inter se esse ejusdem speciei specialissimæ. Conclusio est communis, & licet aliqui Scotistæ in hoc dubitaverint de mente Doctores, nihilominus loculenter ex variis ejus locis colligitur nam 1. c. 2. q. 7. ad 1. prin. concedit genita ex partu, & ex femine esse ejusdem speciei, & consequenter eandem speciem habere qualitates, licet illæ sint à diversis omnino specie agnecibus inducæ, quod etiam repetit 2. d. 18. lit. K. & eodem lib. 1. ad 4. prin. ait calorem, loquens de diversæ coadiuvare calorem naturalem, quod verum non esset, si forent diversæ speciei; item 4. d. 3. quæst. 1. D. & ad 1. prin. loquens de aqua naturali, & artificiali ait non esse ejusdem speciei, sed illam esse elementum, hanc vero mixtum corpus, licet aliqua accidentia similia habeant, & loquimur de similitudine specificæ, hæc autem accidentia similia sunt humiditas utriusque, & frigiditas, ut constat ex argumento primo principali, quod ibi solvit. Rufus eod. lib. 44. qu. 3. loquens de igne inferni ponit plures modos, quibus dicit potest illum torquere damnatos, & ultimus est ille, quod scilicet corpora damnatorum non retineant proprium temperamentum, sed ignem inducere summum calorem, & tunc remaneret per miraculum vita absque proportionata mixtione qualitatum. Quod fit ponitur (subjungit Doctor) calorem induci in summo, & tamen qualitatem illam mixti stare in eodem, videtur quod formaliter repugnantiæ sit, sicut fit medium, & extremum simul fierent in eodem. Ex quibus